





*L. N. D. N. f. C.*  
DISPUTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM  
*De*

# REI PUBLICÆ REDEMPTIONE,

RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO JUVENTUTIS PRINCIPE AC DUCATUS

ISENACENSIS HEREDE  
DOMINO

# GUilielmo Henrico

DUCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM ANGARIÆ,  
GUESTPHALIÆQUE &c. &c.

*Authoritate Magnifici J<sup>c</sup>torum ordinis,*

PRÆSIDE

# D. VVILH. HIERONYMO BRUCNERO,

Pandect. Prof. Curia<sup>e</sup> Provinc. Scabinatus & Facultatis Juridicæ

Affessore : h. t. Academiæ Pro-Rector

in Themisterio consueto,

*D. 1. August. MDCCIII.*

solenni doctorum disquisitioni proponit,

# SAMUEL JOHANNES PARSC,

Consiliarius Consistorialis & Diœcetes Brandenburgicus.

---

*J E N Æ,*  
Literis WERTHERIANIS.

PER ILLUSTРИBUS,  
GENEROSISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, PRÆ-NOBILISSIMIS  
CONSULTISSIMIS ATQUE DOCTISSIMIS,  
*SERENISSIMI ac POTENTISSIMI*  
*PRINCIPIS ac DOMINI,*  
DOMINI

**CHRISTIANI ERNESTI**  
MARGGRAFII BRANDENBURGENSIMUM,  
BORUSSORUM, MAGDEBURGENSIMUM, STETI-  
NENSIMUM, POMERANORUM, CASSUBIORUM, VANDALORUM,  
ut & in SILESIA CROSSENSIMUM DUCIS &c.  
BURGGRAFII NORIMBERGENSIMUM, PRINCIPIS HALBERSTA-  
DIENSIMUM, MINDENSIMUM & CAMINENSIMUM, COMITIS  
HOHENZOLLERNSIMUM &c.  
S. CÆSAREÆ MAJESTATIS, ut & CIRCULI FRANCONICI  
GENERALIS CAMPi-MARCHALLI & CHILIARCHE &c.

*PRINCIPIS ac DOMINI MEI*  
*CLEMENTISSIMI,*  
EMINENTISSIMIS & SPECTATISSIMIS DOMINIS,  
**CANCELLARIO,**  
**CONSILIARIIS STATUS, INTIMIS,**  
**& CAMERALIBUS,**  
DOMINIS PATRONIS & FAUTORIBUS SUIS OMNI HONORE  
& VENERATIONE COLENDIS.

D. D. D.

A. R.

*In Nomine Domini Nostri JESU CHRISTI  
ad omnia consilia, omnesque actus semper progredi-  
mur, qvum Benē universa gerantur & competenter, si  
rei principium fiat decens & amabile Deo, l. 2, C. de off.  
pref. præt. Afric. & Nov. 6, pr.*

### PRÆFAMEN.

 Uid novi? Hæc verba omni tem-  
pore frequentissima fuisse, nemo  
non novit, siquidem in communī  
sermone non modò, verum & in  
literis alius alterum scilicetari solet,  
quid noviter actum? ex quo Mortalium af-  
fectio, quod semper novitatis cupidi sint, haud  
parum elucescit: Et quantumvis quibusdam  
hoc videatur vitiosum, cum semper quid no-  
vi, raro quid boni, & secundum illud *Man-  
tuani Eclog. 10.*

*Cura viris levibus rerum solet esse no-  
varum.*

attamen simpliciter asserendum non est, quo-  
niam & Bona Nova dantur, quæ suum usum  
præstant egregium, iisque hanc nostram  
Disputationem accensi posse opinamur;  
quippe quæ ejusmodi materiam tractat, quæ  
forsi-

forsitan anteā nunquam ad Cathedram delata  
fuit, quia hoc genus contractuum, quod teste  
jure nostro apud Romanos maximè floruit,  
post illos fere in desuetudinem abiit; supe-  
rioribus autem Seculis in Gallia aliisque Re-  
gnis & Provinciis Germaniæ reflorescere &  
& renovari cœpit: Quapropter, postquam  
diu anceps hærebam, ecquodnam thema in-  
ter tot dissertationum cumulos elaborandum  
eligerem non adeò decantatum, tandem con-  
stitui necum, hoc novum argumentum, quod  
magni momenti pariter ac utilitatis est, aslu-  
mere, & Disputationem inauguralem, de Rei  
publicæ redēctione, inscribere, qua generali  
appellatione omnia fisci Bona & Jura latissimè  
patentia, venire possunt. Veluti autem hic  
recordor, me totum quod hac de re differui,  
sub auspicio Divino Nominibus Eminentis-  
simis Clarissimisque suprà laudatis debere, ita  
beneficiorum mihi usque exhibitorum me-  
mor, in signum fidei ac gratitudinis has pri-  
mitias iis consecrare, eoque ipso favori illo-  
rum perenni me de novo commendare vo-  
lui

S. J. P.



## Thes. I.

Uemadmodum Cicero in officiis recte admonet, disputationem à definitione debere proficisci, ut intelligatur, quid & quale sit id, de quo disputatur, siquidem definitio amissis proprietatis, & totius exactæ & methodice tractationis fundamentum est, substantiam rei significans, secundum Boetium & Accurs. in leg. omn. def. ff. de Reg. jur. Ita & nos ordinem hunc servaturi, præmissa finitione nominis, definitionem rei subjungemus, quarum haec essentiam, illa vero intelligentiam rei, quā par est brevitate, claudere debet, juxta Bald. in l. 4. C. de lib. præt. quandoquidem alioquin statu controversia non rite formato, tota dissertatio in vaniloquium abiret, & scopum suum, neutquam attingeret.

## Thes. II.

Quod itaque delineationem verbalem, & in specie Etymologiam vocis, Rei publicæ inscriptione contenta, attinet, opera pretium haud est, in eam laboriosè inquirere, quippe quæ à Lexicographis, primitivis, quorum genuina derivatio haberi non potest, annumeratur: Impræ-

A

sentia-

Sentiarum notasse sufficiat, vocabulum Rei variis in jure  
subesse acceptationibus & divisionibus, quas singulas enu-  
merare, magis operosum quam subtile est, nobiliores  
propè hā sunt, quod dispescatur (a.) in Divini & huma-  
ni juris, l. 1. pr. ff. de rer. divis. & qual. l. 22. pr. vers. cur  
enim. C. de SS. Eccles. (b.) corporalem & incorporalem,  
l. 1. §. 1. de rer. divis. pr. f. de rebus corporal. & incorp.  
l. 23. de R. V. l. 30. de usucap. (c.) mobilem & immobi-  
lem. l. 15. de re judic. l. 93. de V. S.

## Thes. III.

Primā sub specie, & quidem membro primo, con-  
tinentur Res sacræ, Religiosæ, Sanctæ; secundò, Res  
publicæ & privatae: Publicæ habito respectu ad usum sunt  
tales, vel jure naturali, gentium, aut civili, pr. l. 1. ff. de  
Rer. Divis. & leg. seqq. b. t. sed si respicimus subjectum,  
cui res competit, publica etiam res dicitur, quæ spectat  
ad personam ~~et~~ <sup>et</sup> publicam, licet usus omnibus ho-  
minibus communis non sit, & ne quidem illis, qui in ea ci-  
vitate vivunt, Gædd. in l. 17. de V. S. n. 2. Nic. Loſe. de  
jur. univers. p. 2. c. n. 1. 56. sed solummodo ad fiscum vel Princi-  
pem spectat, qui populo præst. Etenim respectu materiæ  
subjectivæ Res publica (posito numero singulari pro plurati-  
vo) nomen sortita, multiplicibus hīc venit significatibus,  
& reditus publicos, tributa, vœtigalia, telonia, & in genere  
omnia omnino principis vel summi Imperantis jura, seu  
Regalia, ut vocant, minora, & in patrimonio fisci existen-  
tiæ, pariter bona domania, & prædia publica atque pa-  
tronalia principis, quæ rebus corporalibus & incor-  
poralibus, mo- & immobilibus constant, de quibus tot.  
at. C. de locat. præd. civ. & fisc. hoc loco denotat, ex quo  
appa-

apparet, Rem publicam in præsenti politicè minimè sumi, sed in latiori planoque sensu accipi.

## Thes. IV.

Restat consideranda vox, Redemptionis, suam originem trahens, à re & emo, litera d. interpositâ euphonizâ causâ, quæ oppidò multis appellationibus subststat, & nunc emtionem, nunc liberationem, gallicè rançon, modò recuperationem, modò emendationem, mox conductiōnem in jure civili designat, hinc redimere dicuntur, qui quid à fisco vel privato conducunt. *v. Lexic. Briss. in voc. Redimere.* Redemtores vestigalium, aliorumque proventuum publicorum, Gallice, fermiers, conductores, publicani & mancipes, à Cicerone, & *I. 39. ff. de R. V. I. 7. §. 3. si mens. fals. mod.* Hæcque posterior acceptio nostri est instituti.

## Thes. V.

Traditis iis, quæ ad verborum significationem faciunt, devenimus nunc ad descriptionem realem. Est autem Rei publicæ redemptio: Contractus consensualis, initus a conductore de bonis publicis, certâ mercede, (pecunia numerata) utendis fruendis. Definitionem hanc è numero causalium esse, quotusquisque est, qui non videt? ad illius verborum vim sigillatim excuriendam notandum est, quod Causæ efficientis loco ponatur; Contractus consensualis, initus a conductore, dicuntur autem contractus consensuales, non quod cœteri contractus sine consensu celebrentur, cum ad omnium contractuum essentiam genericam requiratur consensus, *I. 1. §. 3. ff. de pact. I. II. C. de contr. emt. I. 5. C. de obl. & act.* aut quod hic nulla res desideretur, quippe quæ unà cum mercede inter substantialia hujus contractus refertur, sed ad

differentiam cæterorum contractuum, qui obligationem sine alio adminiculo non producunt; omnis quidem contractus incipit à consensu utpote causa communi, sed non semper eō perficitur, siquidem e. g. in realibus res simul intervenire & tradi debet, à quā, ut potiori, denominatur, l. 23. de lib. & postb. ad illorum verò essentiam specificam satis est consensus, nec rei interventus desideratur, quā tantummodo ad implementum, non ad perfectionem spectat.

## Thes. VI.

Dicitur porrò: de bonis publicis, his verbis innuitur materia objectiva nominati contractus, quæ in quibuslibet rebus publico competentibus, sive sint mobiles, sive immobiles, corporales vel incorporales, quod jurisdictione, servitutes, redditus annui, tributa, telenia &c. pertinent, consistere queunt, v. Gail. 2. obs. 10. Coler. Dec. 69. n. 9. & de proc. exec. c. 3. n. 237. Carpz. p. 3. c. 24. def. 10. Sequitur: certa mercede, quæ cum materia objectiva sine atque consensu formam inducit, ut infrà pluribus; merces enim certa esse debet, alioquin non conductio, sed contractus innominatus esset, vid. inferius; sic, si merces promissa sit generaliter alieno arbitrio, conductio contrahi non videtur, propter incertitudinem, quæ ab initio ponitur, sin autem, quanti Titius estimaverit, sub hac conditione stare conductionem, si ipse, qui nominatus est, mercedem non inquam definierit, omnimodo secundum ejus estimationem mercedem persolvi oportet, & conductionem ad effectum pervenire: sin autem ille vel non potuerit vel non voluerit mercedem definire, tunc pro nihilo esse conductionem, quasi nullâ mercede statuâ. l. 25. pr. Soc. cond. l. l. l. 14. eod. l. 32. de don. int. vir. & ux. hoc vero de

55 (1) 56

de justâ accipiendo estimatione, quando enim evidenter iniqua, ad arbitrium boni viri reducenda & corrinda est, l. 77. pro soc. l. 30. oper. libert. Frantzk. tit. emt. vend. n. 261. Quando autem merces explicatur per pecuniam numeratam, queritur, an non etiam merces in speciebus consistere possit? communior tamen opinio tenet, quod non, de quo in sequentibus. Definitioni subduntur verba: utendis fruendis, quæ tertium hujus contractus substantiale important, scilicet usum rei, quod cum causâ finali idem, l. 15. §. 1. ff. b. t. & hic plenissimum intelligitur usus, omnes fructus ac emolumenta, quæcunque ex re conductâ, aut ejus occasione percipiuntur, non modò naturalia, sed & civilia, ut pensiones, aliasque obventiones civiles, includens, l. 9. l. 7. ff. ff. de usufr. l. 13. §. 5. l. 59. §. 1. eod. verbum etenim fruendi hic aliquandò generalius positum est, ratione effectus, quoniam hæc locationis & conductionis vis est, ut locator præstet uti frui licere, l. 15. l. 24. §. 4. l. 25. §. 1. l. 33. b. t.

### Thef. VII.

Definitionem excipit distinctio, atque nostro se primum sicuti conspectui redemptio seu conductio publica & privata, illa circa res publicas, vectigalia, tributa, & quosvis proventus publicos versatur, l. 1. & ult. ff. si ager vect. t. t. de loc. publ. fruend. hæc autem privatorum bona pro objecto habet, de qua t. t. loc. cond. deinde descripitur conductio in perpetuam & temporalem, l. 1. & 3. ff. si ager. vect. l. 1. §. 15. de exerc. act. licet quidam ex Dd. statuant, conductionem ad longum seu longissimum tempus fieri non posse, quia tunc in alium contractum degeneraret; *Enimvero circumstantia tempo-*

ris, ut accidentale, essentiam contractus alterare nequit,  
 & nihil refert, utrum ad modicum, an ad longum  
 tempus conductio facta, l. 8. mandat. l. 4. de usur. l. 1.  
 §. 15. de exerc. act. Frantz. Diff. n. 29. Zœf. n. 14. Struv.  
 tb. 7. & 18. quanquam inficiari non possumus, in con-  
 ductione perpetua conductorem jus reale Dominii utilis,  
 consequi, Brunnem. in paratit. Wesenb. b. t. q. 10. ast hæc  
 sententia magis est Practicorum, cum alias in puncto  
 juris conductio non sit modus transferendi dominii, vel  
 constituendi juris realis, l. 29. b. t. l. 80. §. fin. de contr.  
 empt. l. 2. C. de prescript. 30. an. conductio autem perpe-  
 tua ad instar emphyteuseos est, & facit transire dominium  
 utile, vid. Zœf. b. t. n. 14. cœtera conductionis discrimi-  
 na, ut obscuriora, hūcque minus spectantia, silentio  
 transeamus.

## Thes. VIII.

Hactenus de descriptione nominali & reali, atque  
 distinctione redemptionis vel conductionis rei publicæ a-  
 ctum est, eo scil. consilio, ut principi tractationi via ster-  
 neretur, nunc ad illius naturam illustriorem reddendam,  
 juvat, ad ductum definitionis, in singulas inquirere cau-  
 fas, per quas cujusque materiaj juridicæ scientiam adi-  
 pscimur, & teste Philosopho unumquodque tunc de-  
 dum scire arbitramur, cum ejus causas & principia co-  
 gnoсимus; quandoquidem autem omne jus, quo uti-  
 mur, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones perti-  
 net, prius de personis videamus, Nam parum est, jus  
 nosse, si personæ, quarum causa constitutum est, igno-  
 rentur, §. fin. J. de J. N. G. l. 2. ff. de stat. hom. Perso-  
 na igitur, quæ rem publicam redimere possunt, sunt pa-  
 tres-filiive familias l. 3. §. 1. de Scto Maced. Anton. Matth.  
 tract.

tract. de auction. l. 2. c. 2. oritur hic quæstio, an etiam matres-filiæ familias publicam rem, quâ cum jurisdictione, ut moribus solet, plerumque connexa, jure conducere, valeant? ratio dubitandi occurrit in l. 2. de Reg. l. 3. §. 3. de mun. & hon. l. 1. §. 5. de postul. ubi sexui sequiori mulieribus officiisque publicis expressè interdicuntur, tum ob ipsius imbecillitatem & pudicitiam congruentem, cum propter inverecundiam à Carfania in postulando perpetratam; at non modò Moschidis fisci conductricis exemplum, l. 47. pr. de jur. fisc. verum etiam mores seu consuetudo moderna disertè docent, mulieres & publica redimere, & jurisdictionem habere, atque novam insuper acquirere posse, vid. Gothofred. note ad l. 2. de Reg. l. 1. hinc inscritia eorum statis elucet, qui mulieribus omnem rei publicæ administrationem imprudenter denegant.

## Thef. IX.

Similiter Minores facultatem hunc contractum celebrandi habent, non tamen sine curatorum, quos habent, consensu l. 3. C. de in integr. restit. l. 6. de V. O. conf. R. J. de Reform. Polit. de an. 1577. tit. 32. siquidem ipsorum arbitrio non amplius committitur, an velint curatores accipere, nec ne, quia etiam invito curator datur: sed si in redēmptione p̄diorum publicorum seu fiscaliū læsi fuerint, beneficio restitutio gaudent, etiamsi curator adstiterit, l. 47. de minor. l. 1. 2. 3. & ult. si tut. vel. curat. interv. l. 1. & 2. C. si adver. fisc. Inque tali casu aliquando concurrit restitutio in integrum, cum actione tutelæ utili, læsio autem modica non attenditur, nec cōnormis requiritur.

Thef.

55 (8) 55  
Thes. X.

Præterea ad hunc contractum, quod de genere permissionis est, omnes admittuntur, nisi natura aut lege prohibeantur; prohibentur autem nati muti & surdi copulativi, qui non recte intelligunt, quid ipsi & alii agant. l. 2. de Curat. furios. l. 3. de postul. l. 4. §. f. eod. secus in eis, quibus ex post privatio harum facultatum contigit, hi enim, si intellectum habent, possunt consensum suum explicitè satis depromere, nutu nimirum & subscriptione, l. 48. de act. & obl. l. ubi non voce. 124. de reg. jur. conduatio eius, cum naturalis sit, & omnia gentium, non verbis sed consensu contrahitur, l. 1. ff. locat. cond. quamvis aliqui statuant, hujusmodi personas expressè consentire non posse, pro argumento adducentes malè intellectam leg. 4. ff. de paci. attamen in eo non facile alios habebunt adstipulantes, cum consensus per literas expressus, omnium expressissimus sit, & scriptura animi alterius cogitata nobis constanter declarat, ac nobiscum tanquam vivâ voce colloquatur. §. f. f. de hered. qual. & differ. l. 1. qui & a quib. manumiss. l. 5. pr. de acquir. vel amitt. hered. Connan. Comment. de jure civ. lib. 3. c. 6. n. 6. Gedd. ad l. 14. n. 12. de verb. sign.

Thes. XI.

Natura denique arcentur à redēmptione publicarum rerum, amentes, furiosi, & infantes, qui facultatem consentiendi, ab usu rationis dependentem, non habent, propterea nec naturaliter, nec civiliter obligare aut obligari possunt, licet tutor & curator præsto sint, l. 1. §. furiosum, de act. l. 5. l. 40. l. 189. de Reg. §. 10. f. de inut. stipul. pupilli autem infantia & pubertati proximi, etiam soli alios sibi obligant. §. 10. f. de inut. stipulat. & autorit.

autoritate tutorum hunc contractum inire, adeoque ex eo & naturaliter & civiliter obligari possunt, naturaliter, propter consensum; civiliter, propter legis approbationem, læsi tamen in integrum restituuntur, l. 13. n. de aut. & conf. tut. l. 1. de novat. junct. Gloss.

Thef. XII.

Ex classe eorum qui lege prohibentur, sunt 1.) prodigi, his enim consensus moraliter deficit, quum nec tempus, nec modum, & finem expensarum habent, sed omnia sua bona dilapidando & dissipando profundunt, idcircoque furiosis, ratione obligationis in jure assimilantur, adeo ut nec fidejussor pro eis intervenire possit, l. 6. de V. O. l. 40. de Reg. jur. l. 70. §. 4. de fidejuss. l. 9. §. 7. de reb. cred. ratione administrationis pupillis, ex quo fluit, quodcum curatoris consensu omnia benè agere possint, l. 3. C. de restit. in integr. l. 5. de R. J. l. 5. §. 1. de acquirend. hereditatis tamen læsis semper succurritur, arg. suprà alleg. text. add. Robertum l. animadvers. 12. proinde 2.) Tutores & Curatores, non saltim durante administratione, verum & eà finità, si nec dum rationem ejus reddiderint, quoniam pupillus & minor alioqui dānum sentiret, l. unic. C. ne tutor. vel cur. vect. cond. quod hic de curatoribus adolescentum dicitur, id non minus juris in cæteris curatoribus est, & hoc ob paritatem rationis, ubi enim eadem ratio, ibi debet esse, idem jus, & eadem juris dispositio, l. 32. ff. adleg. Aquil. & l. si Titius 19. de V. O. si autem dissimulato munere, aut nondum consecuta rationem liberatione, conducederint, falsiorum poenâ plectuntur, & à tutela curâ removentur, l. 3. §. 5. & seqq. §. fin. l. 4. §. f. de suff. tut. & cur. l. fin. C. cod. l. 49. ff. b. t.

B

Thef.

Præter hos removentur etiam ab hoc contractu Reliquatores, antequam superiori conductioni satisfecerint; Eodem loco habentur debitores fisci & Reipublicæ, ne ex alia causa eorum debita onerentur, nisi fidejussores tales obtulerint, qui debitis eorum satis-parati sint facere, *l.9. §. 2.3. n. de publ. & vett.* Deinde Decuriones sive Senatores Curiaæ, uti *Lamnes. C. de decur.* appellantur, siquidem per eosdem civitatum munera explicabantur, tributa, censusque Reipublicæ exigere eorum vigilantia erat commissum, & in uniuersum quæ civitatis administracionem respicerent, procurare, iis incumbebat, ut colligitur ex variis locis *tit. ff. & C. de decur.* atque ita nexibus Curiaæ erant obstricti, utiis publicarum rerum conductione interdiceretur, & ne quidem per subjectam personam ejusmodi exercent, ne alienorum negotiorum curâ à suo munere avocarentur, cui non ipsi tantum, sed & eorum proles obstricta manebat, *l.2. §. 1. de administr. rer. ad. civit. pert. vid. Briffon. l.4. antiquit. c. 13.* horum loco hodiè habendi erunt, Consiliarii intimi & Camerale Principum, magistratus hodiernarum civitatum municipalium, Praefecti reddituum cameralium, ac quæstores ærarii publici, qui pecunias Reipublicæ acceptas & expensas in tabulas publicas reserre obstricti sunt, Germ. Rentmeister oder Rentereyverwaltere / OberEinnahmehere & consimiles, tum propter dignitatem, & obeundorum negotiorum gravitatem, ne ministeria impediatur, tum ne damnum fiat Reipublicæ, & evitetur occasio subducendi pecunias publicas, quam hujusmodi quæstores in redemtione reipublicæ nanciscerentur, *Nov. 123. c. 6. pr. Coler.*

BS ( 11 ) 52

*Coler. de proc. exec. p. 1. c. 3. Wefenb. i. Cons. 40. Christin. 5.  
decis. belg. 24.*

Thef. XIV.

Ad numerum lege prohibitorum ulterius referuntur, Milites, ob triplicem rationem, ne scil. omisso armorum usu, ad opus rurestre se conferant: & vicinis, fiducia cinguli militaris, graves existant, armis autem non privatiss negotiis occupentur: ut numeris denique & signis suis jugiter inharentes, Rempublicam, à qua aluntur, ab omni bellorum necessitate defendant, *l. 31. C. locat. 2. Timotb. 2. vers. 4. Luc. 3. vers. 14. Ambros. 1. off. 36.* Qui itaque cum militibus scienter contractum loc. cond. ineunt, pensionem ab iis exigere non possunt, secus si ignoranter, non tamen ignorantia juris, sed illa facti hinc intelligitur, *l. 50. ff. b. t. cum not. Gotbofr. lit. s.* milites econtrâ alienam possessionem conductentes cadunt militia, nec est regressus eis ad pristinum gradum, sed de facto constituantur infames, & quod post conductionem à publico suscepserunt, sine aliqua morâ & procrastinatione reddere compelluntur, *l. 35. C. b. t. Nov. 116. cum not. Gotbofr. ibid.*

Thef. XV.

Ad similitudinem militum sagitorum, etiam milites coelestis militia ab hoc contractu rejiciuntur, Sacerdotes atque Episcopi, hi enim plerumque militibus æquiparantur, ut in privilegiis quorum multa numerantur per Bart. in *l. neque §. deportati. ff. de mil. test. 5° per Bald. in l. milit. C. eod. tit. exempl. gratiâ in Beneficio competentia, l. miles. pr. ff. de R. J. junct. deif. Gloff. quam Dd. seqvuntur;* & sicuti milites atque Sacerdotes procuratores alienarum rerum esse non possunt, *l. militem. C. de procur.*

*l. 31. C. b. t. ita nec redemtores, N. v. 123. c. 6.* ubi expressè dicitur, quod illi, qui publicarum collationum, aut tributorum susceptionem, aut conductionem Clericis crediderint, nullam contra eos, aut facultates, aut fidejussiones ipsorum habeant actionem, & si quod publico damnum contingat, hoc ex propria facultate restituere compellantur, decet enim sacerdotes sacris vacare, & si is, qui imperatori militat à susceptionibus alienarum rerum prohibetur, quanto magis qui fidei exercet uilitiam, Sidenius *l. Epist. 8. conf. 1b. præced.* His tandem in Gallia annumerantur Nobiles, vi Const. Francisci I. 1540. Que les gentils hommes & gens d'ordonnance, ne peuvent prendre, ne retenir aucune ferme, *tom. 3. ordinatione Gall. 5.*

## Thef. XVI.

Hæc maxime de Subjecto insionis sive quod, jam auem subjectum quo s. formale causæ efficientis intimius consideremus, quod in hoc contractu consensus est, si autem consensus valere, & obligationem producere debet, requiritur, ut ipsius principia, intellectus videlicet & voluntas, suâ moralitate non sint destitutæ, quod priori, intellectui nempe, per errorem atque dolum; posteriori scil. voluntati, per vim & metum accidit; quantum ad errorem, in omnibus negotiis contrahendis sive bona fide sint, sive non sint, si is intervenit, ut aliud sentiant, puta, qui emit, aut qui conductit, aliud, qui cum his contrahit, nihil valet, quod acti sit, cum errantis nulla voluntas, nec obligatio, atque consensui nil magis obstet, quam error & imperitia, *l. 116. §. ult. de Reg. l. pen. de judici. l. 6. §. 1. de off. pref. l. 57. de obl. & act. l. 51. de pass. l. 15. de juris d.* Circè dolum notandum venit, quod ille

ille nullitatem non semper implicet, sed tunc demittit, quando contractui b. f. causam dedit, quod sit, si quis ab initio animum conducendi non haberet, in hoc per falsas persuasiones vel juratorias contestationes circumscriptus est, & calliditate locantis ad conducedendum adductus, alias non conducturus, l. 7. pr. de dol. mal. l. 16. §. 1. de minor. Zaf. n. 3. tit. de dol. mal. Wefenb. disp. 13. n. 34. id quod in locatione prædiorum fiscalium s. patrimonialium principis sèpissimè evenire solet, præsertim si Commissariorum privatum interesse delitescit, experientia teste.

Thef. XVII.

Cum igitur in hoc contractu ob laxiorem sive liberiorem negotiorum, mutuas contrahentium præstatio-nes continentium, naturam, summa æquitas & bona fides inter se contrahentium, cui dolus contrarius, maxi-mè exigatur, l. 5. C. de rescind. vend. consequens est, con-tractus hujus initium dolosum cum pleniore & exuber-antiore istà fide, quam ille requirit, consistere non posse, Struv. Exerc. 8. tb. 27. signanter ibid. dicitur: initium contractus dolosum, quo ipso indicatur causa, cuius ratio-ne leges irritant contractum, quia involuntarium sive er-em continet, alias si consensus, ut ponit substantiam contractus, intelligeretur, rescissione opus esset, Zaf. in Com. ad ff. de dol. mal. n. 3. & 6. cum alleg. Bart. ad l. 7. pr. eod. junct. Gloss. Ex quo patescit, qua conductio propter dolum non annulleatur, sed tantum actione vel exceptio-ne dolii infringatur, nimirum quando dolus est inci-dens, h. e. ubi quis nihilominus publicam rem redemis-set, verum non tanti, si dolus non concurrisset. Zaf. cit. loc. n. 2. huc etiam spectat dolus insequens, quando non

B 3

præ-

præstatur vel servatur, quod in contractu redemptori promissum est, tunc ipsi datur actio ex contractu, ad resarcendum id quod interest, l. 7. §. 3. h. 9. de dol. mal. l. 13. §. 4. de act. empt. Carpz. p. 2. c. 34. d. 9. in fin.

Thef. XXIX.

Proinde consensi respectu humanitatis contrarius est metus, qui tamen consensum non tollit, cum adhuc salva sit electio, uti ex principiis moralibus constat, hinc contractus sive b. f. sive stricti juris metu initus ipso jure subsistit, & non aliter, quam mediante restituzione rescinditur, l. ult. §. 1. quod met. causa. l. ult. §. 3. ff. & l. 4. 5. C. eod. Struv. Exerc. 8. tb. ii. Quanquam, si ex moralibus res repetenda, aliqui defendere velint, nullam planè hic subesse obligationem, cum non sufficiat promissio ad gignendam obligationem, si formalitas consensus, quæ in libertate queritur, deficiat, & constet de iniuritate promissionem extorquentis, Pufendorff. de J. N. & G. lib. 3. c. 6. §. 10. seqq. quæ tamen sententia absolute non est admittenda. Non solum autem ob metum antecedentem, sed & consequentem redemptori rei publicæ succurritur, ut, si minas injustas fundat is, qui exequi solitus est, minans cogatur præstare cautionem de non offendendo, aut, si redemptor metu coactus decessit de possessione, huic detur actio metus causa, quæ est in rem scripta, quā petitur, ut possessio rei publicæ, aut prædii fiscalis cum omni causa restituatur, fructibus nempe perceptis & percipiendis, quos actor percipere potuisset, nisi metus intervenisset, vid. Schneidev. Comm. in Inst. de act. quod. metus. causa. n. 40. 55. & seqq. Struv. Exerc. 8. tb. 17. & 20. Zœf. n. 29. tit. met. causa. & n. 10. de dol. mal.

Thef.

Cæterum quoque indigitandum est, quod omnes, qui rem publicam redimunt, aut aliquid à fisco conducent, Publicani nuncupentur & mancipes, l. i. §. 2. l. 12. §. 3. ff. de publ. l. 11. C. de vectig. l. 53. ff. b. t. Horum ordinem sicut & numero amplissimum, & personarum dignitate potentissimum apud Romanos fuisse constat, Cicero pro Planco, fls equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipublicæ Publicanorum ordine continetur; ita varia ipsorum genera in jure civili extant, & pro diversitate redemtarum rerum, diversa accepunt nomina: Vectigaliarii & Telonarii propriè dicuntur, qui vectigalia populi Rom. conducta habebant, non tributa, l. 12. §. ult. ff. de publ. & vect. l. cum qui. ff. de verb. sign. Portitores, qui vectigal rerum venalium in portu, aut transitu pontis, Pedagium, redimebant, l. 203. ff. de V. S. add. Gædd. in d. l. l. 13. ff. de publ. & vect. Decumani à decumis conductis, Mancipes thermarrum, qui eam exhibitionem Romæ curabant, l. i. de manc. therm. in Cod. Theod. cæteri cotorias, picarias, cretæ fodinas, salinas atque metalla redimebant, & rursus aliis elocabant, l. 53. ff. b. t. l. 13. de publ. & vect. Cujac. Observat. l. 7. c. q. add. Brechenm. l. eum qui. de verb. & rer. & sign. Hodiè postquam hic contractus in Franciâ, Pannonia, Dania, Borussia, Austria, Saxonia, & plurimis aliis Germaniæ provinciis reviviscere coepit, redemtoribus publicarum rerum variæ quoque apponuntur nomina & prædicata, quum audiant Centuriones, Diœcetae e. s. p.

Anteriore thesi dictum est, omnes eos, qui aliquid à fisco

à fisco conducunt, Publicanos appellari; olim in Imperio Romano solus Imperator habebat fiscum, arg. l. i. §. quibus. ff. quod cuj. univers. nom. l. io. ff. ad municip. & de ins. col. l. i. C. de bon. vac. l. 3. §. 4. ne quid in loc. publ. l. 3. C. de quadriennii prescript. hodiè autem qvum quilibet princeps & Status Imperii Romano-Germanici tantum possit in territorio, quantum Imperator in Imperio, hinc usus obtinuit, ut non solum Imperator, sed etiam Electores, Principes, Duces, Comites, Barones, Civitates imperiales, & omnes status Imperii, hoc jure fisci gaudeant; vid. Arumai, Buxtorffii, Rumelini Comment. ad Aur. Bull. Nic. Myleri Declinatio de princip. & statnum Imper. Rom. Germ. pricipnis juribus. quo circà evidens est, contractum redemtiois rei publicæ cum his omnibus rectè iniri.

## Thes. XXI.

A Personis devolvimur ad Res sive materiam, hujus contractus objectivam, & intelligitur omnis res in patrimonio fisci existens, sive mobilis sit, sive immobilis, corporalis aut incorporalis, propria aut aliena, divini vel humani juris, ut suprà th. 2. & 3. obiter dictum; hodiè in conductione prædiorum publicorum quam plurima omnis generis mobilia moventiaye accipimus, quæ consistere solent, instrumentis rusticis, gregibus ovium, boum, &c. quæ omnia mediante inventario traduntur, & finita conductione juxta illud restituuntur. Quæritur hic, an conductor, qui ejusmodi mobilia & moventia taxata suscepit, præcisè ad restitutionem in natura teneatur, & non liberetur, solvendo taxæ pretium, hunc enim in finem taxatio facta, alioquin supervacanæ videtur, sed

sed respondetur, quod in dubio pro ratione hujus contractus estimatio solum taxationis non venditionis gratia facta presumatur; siquidem illæ res non venduntur, quarum usus ad certum tempus tantum conceditur, & obligatus est redemptor ad restituendum prædium cum omnibus appertinentibus, sicut accepit, cum hujuscemodi res plerumque minusculè taxentur: secus si una alteraque species durante conductione perierit, tunc liberatur præstatione taxæ; quando verò hæc vel illa res citra culpam conductoris interit, ad præstandam ejus estimationem hic non tenetur, cum res pereat suo Domino; Nisi in traditione inventarii conventum sit, quod illud plenum restitui debeat, sive una & altera res culpæ conductoris, sive casu perierit, qvum hunc redemptor contrà naturam contractus in se benè suscipere possit,  
vid. Struv. Exercit. tb. 24. & Exerc. 19. tb. 44.

## Thes. XXII.

Circa decimas disquirendum venit, an redemptor illarum pecuniam pro dicimis, quâ interea temporis venerunt accipere teneatur, an verò optionem habeat, agnellos, anserulos, stramina, lina & similia in naturâ exigendi? Et dicendum, quod jure decimationis præstatio in naturâ fieri debeat, Rebuffus qu. 60. n. 31. Tyndar. n. 44. Sicut igitur redemptor ab invitis debitoribus pecuniam pro rebus exigere, ita & illi ab his pecunia obtrudi non potest: Quid verò si à locatore fisco vel principe redemptori injungatur penaliter, ut decimas jam-dum captas restituat, & tantum pecunia recipiat, quantum superioribus annis, cum beneplacito fisci, hoc no-

C

mine

mine à debitoribus pensum est? Respondemus, jus rem  
demtori per contractum legitimè quæstum ejusmodi man-  
datis nec imminui, nec auferri posse, & licet summus  
Princeps legibus positivis humanis quà talibus solutus sit,  
atque eas pro lubitu immutare valeat, attamen conven-  
tionibus & promissionibus suis contravenire haud potest,  
his enim non minus obligatus & constrictus est quam  
privatus, sicuti Deus promissis suis obligatur, quia ipsa  
veritas, ita post Deum nemo inter mortales arctius obli-  
gatur quam Princeps, Brunnem. ad ff. tit. de orig. jur. l. 2.  
n. 5. & de Leg. ad l. 31. n. 4. 5. & seqq. item ad l. 15. n. 2. de  
publ. & vect. Epist. Hebr. 6. v. 18. Quæritur hic porro,  
quomodo & quando decimandum est? quoad modum  
consuetudo cujusque loci inspici debet, si nulla introdu-  
cta, nec optimum, nec pessimum solvatur, arg. l. 18. §. 1.  
& 19. §. 4. ff. de adilit. edict. Rebuff. qu. 6. n. 29. Tempus  
autem præstandi Carnatici censemur adesse, quando vituli  
& agnelli sine matre vivere possunt, eò usque alimenta  
& custodia absque ulla detractione debentur. Monet. c. 6.  
n. 26, lllr. Hunn. in Encyclop. p. 5. c. 6. n. 21. ne scil. datio ex  
illorum imbecillitate pereat, per l. 68. ff. de sol. & liber.

## Thes. XXIII.

Res immobiles, quæ in hunc contractum deducun-  
tur, sunt ipsa prædia fiscalia, civilia, domania & patri-  
monialia principis, de quibus t. t. C. de loc. pred. Civil. vel  
fiscal. cum seqq. ex parte etiam Regalia fisci minora, ut  
metallifodinae, cotoriae, picariæ, cretefodinae, salinæ &  
simil. l. 13. ff. de publ. & vect. l. 53. b. t. Prædia publica ho-  
diè cum omni causa locari solent, adjuncta etiam juris-  
dictio-

ditione, cæterisque iuribus annexis & singulare hic est, quod illorum redemtores jus in re habeant, licet conductores privati alias non possideant, nec dominium acquirant, vid. Menob. rem. q. R. P. n. 36. t. t. ff. si ager vectigalis. l. 1. §. 3. de superfic. i. uic. C. de loc. præd. civil. Valas. de jure emphyteut. qu. 29. in fin. Ratio autem differentiæ inter locationem fisci sive Reipubl. & locationem privati, sumitur partim ex majore potestate locantis, tum ex fide, quæ à Principe major, quam à privato requiritur, major enim potestas ejus à quo res habetur, firmo-remque acquisitionem facit. Pinell. ad l. 1. C. de bon. mat. p. 3. n. 67. pag. 400. hincque tali redemptori publicæ rei non solum interdictum de loco publico fruendo, contra turbatores, licet ipsi sint fiscales vel accessorii delatores, sed & actio injuriarum datur, l. 1. de loc. publ. fruend. ibid. Wesenb. æquissimum enim est, ob favorem Publici interdicto eum tueri, quo re conducta è lege locationis frui liceat, ultrà vel contra legem autem redemptor audiri non debet, qui frui desiderat, l. 1. ff. de lac. publ. fr. l. 1. §. 7. ut in fl. publ.

## Thes. XXIV.

Res incorporales sunt jura fisci rebus applicata, quorum magnus numerus, ut præcipuum autem, nostro se primùm offert conspectui, Jus Vectigalium, quod apud Romanos semper elocatum fuit, Zæs. tit. de publ. & vect. num. 14. Et consistit in redditibus de rebus quæ negotiandi causa in-vel evehuntur, l. f. §. 7. de publ. & vect. Struv. b. l. tb. 47. & seqq. quanquam jure ac moribus multæ eximantur, principaliores obnoxiarum ferè hæ sunt: Cinnamomum, folium pentaphärum, folium Barbarum

cum, costum, castamomum, piper longum & album,  
nardi stachys, cassia turiana, xylocassia, smyrna, amo-  
mum, zingiberi, malabathrum, aroma Indicum, chalba-  
ne, laser, alchelucia, sangogalla, onyx Arabicus, carda-  
momum, xylocinnamomum, opus bissicum, pelles Ba-  
bilonicae, Parthicae, ebur, ferrum Indicum, carpasum, la-  
pis universus, margarita, sardonyx, ceraunium, hyacin-  
thus, smaragdus, adamas, saffirinus, callainus, beryllus,  
chelynias, hopia Indica, vel adserta, metaxa, vestis ferica,  
vel subferica, vel atincta, carbasea, nema fericum, spa-  
dones, Indici leones, leænae, pardi, leopardi, pantheræ,  
purpura, marocorum lana, fucus, capilli Indici. l. 16. ff. 7.  
ff. de publ. & vect.

## Thes. XXV.

Quæritur, si fiscus sive Respublica cum Nobilibus  
sua Regionis pactum vel recessum inierit, quo subditi  
mediati in una vel altera specie, vestigali alijs subjacen-  
te, immunes, & tantummodo ad illas profitendas adstri-  
cti sunt, postea autem vestigalia collocaverit, atque re-  
demtori illorum in contractu promiserit, quod omnes  
omnino subditi immediati ac mediati vestigal sine discri-  
mine pendere debeant, an hoc casu recessus iterum sub-  
latus videatur, & subditi mediati ad præstandum vestigal  
obligati sint? quod negatur, licet enim princeps privi-  
legia subditis per modum precarii concessa mutare ac  
revocare possit; Zæf. n. 29. & 30. de conslit. princip. atta-  
men hoc fallit, si in contractum transierint, quia per il-  
ladquisitum est jus subditis, quod iis non est afferen-  
dum, quandoquidem princeps arctissimè adstringatur  
observare suos contractus, & leges sibi ipsi latas, Zæf. ibid.

Brun-

*Brunnem. ad l. 15. ff. de publ. & vect. ideoque redemptor  
vestigialium damnum emergens & speratum lucrum ces-  
sans meritissimo prætendere, factaque determinatione,  
judicis hac in causa competentis, vel arbitrorum compro-  
missorum, à pensione deducere potest.*

Thef. XXVI.

Parilis habenda est ratio vestigialis in confinio novi-  
ter instituti atque locati, quando scil. exteri exceptione,  
novitatis pensionem illius recusant, siquidem nova insti-  
tuere, aut vetera adaugere vestigalia, absque speciali  
Imperatoris concessionē, Electorumque consensu, per-  
missum non est, & citra hunc ne ipsi quidem Imperatori.  
*Recess. Imp. de Anno 1576. §. Weiters scyn wir. Capitula-  
tiones Ferdin. III. art. 20. & Ferdin. IV. art. 19. Leopold.  
art. 23. & seqq. add. noviss. Georg. Christoph. von Gölnitz  
in Gymnasmate jur. regal. vectig. Et quamvis non licet  
vestigalia augere, eadem tamen imminuere quavis  
Respublica potest, hoc autem eo intelligendum est tem-  
pore, quo elocata non sunt, cum in prejudicium re-  
demptoris nulla imminutio valeat, præcipue quando in-  
strumento loc. conductiois cautum, ne durante condu-  
ctione hujusmodi proventuum aliqua fiat mutatio; si  
verò nihilominus contigerit, quod per invidiam adja-  
centis Reipublicæ pone quidam destructus, aut via vecti-  
galis adeo eversa sit, ut vehicula munifica, & currus ve-  
stigialis collationi subditi illic amplius ambulare non  
possint: vel etiam princeps ad instantiam subditorum  
aliquid de vectigali remiserit, tunc utrobique redemto-  
ri actione ex conducto tenetur, priori casu ad reputatio-*

nem pensionis, quia casum Dominus ferre debet. l. 15.  
§. 7. b. t. posteriori ad omne interesse, l. 25. §. culpa cit.  
loc. Franzk. b. l. n. 154.

Theſ. XXVII.

Quæritur porro, si Mævius redimit à fisco jus vectigalium certi cuiusdam loci ad triennium, postmodum accedit Sempronius mercator & conductus vectigal de mercibus suis præstandum per totum principatum: deinde Cajetanus universa cuiusdam dioecesos vectigalia, quibus & in specie illud Mævii insertum, conductus suscipit, quisnam horum potiori gaudeat jure, & quæ conductio cæteris validior sit? videtur hanc generalem conductionem species priores tollere, quippe quæ sub genere comprehenduntur, & hoc tantò magis, cum illud Mævii vectigal universorum redemtioni exprestè inditum sit, atque universalis redemptor eo nomine pensionem conventam habeat præstandam & prænumerandam; ast quoad punctum juris verè dicendum est, hunc contractum ex parte locantis probandum non esse, bis enim unam rem locare haud licet, & per generalem locationem jus tertii jamjam quæsumum interverti non potest, quoniam princeps ex suo contractu arctissimè tenetur, ut thesi 22. & 25. probatum, quapropter Cajetanus à Mævio exiget, quod hujus nomine pependit, & hic solvere Fisco debuisset; Similiter Sempronii contractus æquè subsistit, hoc tamen interest, quod Cajetano regressus detur contra fiscum, & locarium à Sempronio exigi non possit, sicuti à Mævio, ratio diversitatis est, quia hoc locarium definitum, illud verò ratione hujus districtus determinatum non est, per consequens nec exigi

exigi potest, multò minus vestigal ipsum, cum hoc casu  
jus Sempronii ex contractu quæsitum auferretur, sed il-  
lud fideliter annotandum, atque fisco debitâ pensione,  
detrahendum venit: aliud pronunciandum foret, si pri-  
mi redemptores possessionem nec dum consecuti sunt,  
tum major habenda erit ratio universalis quam particu-  
laris conductionis, cum primis traditione, quæ hic po-  
tissimum in patientia consistit, subsecuta, & redemptore  
universalí introducto, siquidem alteris nudum jus perso-  
nale, huic verò personale & reale competenteret, adèò, li-  
cet etiam primi conductores locarium jamjam persolve-  
rint, & ultimus nihil præstiterit, contractibus enim res  
tantum fiunt debitæ, at traditione nobis acquiruntur,  
interim tamen priores, qui possessionem nondum con-  
secuti sunt, ad interesse agere possunt, l. 15. C. de rei vind.  
ibid. Zaf. n. 8.

## Thes. XXIX.

Juri vestigalium strictè dicto non multum sunt ab-  
similes Gabellæ sive Impositiones illæ, quæ sunt vino,  
cerevisiæ, carnibus, piscibus, frumento, farinæ &c.  
Germ. Ohmgeld/ Uffschlag/ Francsteuer/ Fleisch und  
Mehlyfreming/ quas fisco sive Reipublicæ à subditis suis  
exigere permisum est, Rec. Imper. de Anno 1524. §. Der-  
gleichen hat. Ferdin. IV. Capit. art. 30. cuius vestigalis  
authorem Chilpericum Regem Galliæ fuisse, Bodinus  
refert, & præstatur illud diversimodè, juxta cujusque lo-  
ci consuetudinem. Notat Klock. de Ærar. lib. 2. cap. 78.  
n. 11. 12. quod Clerici, Cancellarii, Consiliarii, Doctores,  
Forenses, Extranei, Advenæ, Peregrini, Pauperes, aliquæ  
privilegiati, ejusmodi Gabellas præstare hædquaquam  
sunt

sunt obstricti, licet quoque officio suo abeant, ex Aulâ Principis discedant, & privatim vivant, Officiali etenim in memoriam pristinæ dignitatis non minor debetur homines & immunitas, post depositum officium, quam ipso durante, *l. pen. in fin. ff. de Decur.* Ne itaque hoc privilegium ipsis intervertatur, vigilare debent, & si turbentur, ad illud provocare, ne silentio, aut omisssâ potestatione sibi ipsis, ac toti ordini præjudicent, ut ipse Imperator Justinianus monet in Nov. 130. in epilog. vid. bac de re pluribus. Klock. cit. loc. & remissive in tract. de Contrib. Qui verò has Gabellas vult redimere, observandum habet a) ut libertas coquendi & vendendi cervisia civibus non impedita maneat, b) ut in literis contractus caveatur, ne hordea avenæve ad coquendam cerevisiam necessaria extra districtum redemptum vehantur, c) ne Nobilibus aliisque, immunitas à Gabellis concedatur; vel si concessa d) revocetur, aut e) conditio hæc adjiciatur, ut nummo carius vendere debeant, f) ne subditi extra districtum Zythum emant, g) multò minus à Nobilibus in eo degentibus, & immunitate gabellarum, gaudentibus, hæc enim omnia in causa sunt, cerevisiam aut non coqui, aut non vendi posse, quod redemptori maximum insertum damnum, & ipsum contractum tandem destruit, denique b) notandum & hoc est, ut privilegiati Instrumento estimationis conductitio (in den Pacht-Anschlag) nequequam subjiciantur, neque sportolæ eorum, qui has Gabellas anteac acceperunt, & de iis rationes reddiderunt: Quid autem, si locator fiscus has expensas calculo locationis insertas non substraxerit, aut redemptorem persuaserit, ad partem aliquam illarum suscipiendam

dam considerabilem, licet minus nihilo exinde fruendum habeat, an teneatur Arentador, hanc quantitatem exsolvere promissam? Et respondetur quod non, priori casu planè subtrahendæ sunt illæ expensæ, unâ cum privilegiatis, quia subdolè vel ex errore non subtractæ fuerunt; posteriori, videndum est, an Gabellæ redempta ac-vel decreverint; si illud, redemptor conqueri non poterit, si verò hoc, & reliqui proventus conducti, ex quibus lucrum speravit, hoc damnum non resarciant, redemptor de jure strieto id ferre debet, ex æquitate tamen ipsi remissio facienda.

## Thes. XXIX.

Ad jura fisci conducibilia pertinet quoque Jus Censuum & Tributorum, quæ imponuntur à Statibus Imperii jure Superioritatis, adhibito consensu statuum provinciarium, & quidem rebus ac bonis possidentium, ita ut certam pecuniam ratione illorum, certis temporibus, Principi, ad quem cura fisci spectat, solvant, in utilitatem publicam Struv. S. J. C. Exerc. 50. t. b. 66. & S. J. F. cap. 6. apb. 21. Brunnem. in parat. Wiesnb. tit. de censibus. Quæruntur, si anno conductionis præterito, aut durante conductione, unus & alter census caducus resuscitatus fuerit, qui tempore contractus in aestimationem non venit, an iste fisco locatori, aut redemptori prædii fiscalis competat? Et puto hunc censum conductori emolumento cedere, per totum conductionis tempus; idem etiam asserendum est, de vestigalibus in genere locatis, nullâ specie exempta, quoniam omnes fructus, qui non expressè reservati sunt, ad redemptorem, tanquam ad dominum spestant, Carpz. part. 2. Conf. 37. defin. 22. tot. ubi in fine se-

D

quens

quens notabile præjudicium de jure patronatus, ad requisitionem Senatus Lipsiensis traditum, annexit:

Habt ihr das Gut N. auf etliche Jahr lang um einen gewissen Pacht ausgethan/ daferne ihr nun das jus patronatus mit ausdrücklichen Worten nicht ausgenommen noch euch vorbehalten hätten/ So stünde solches dem conductori oder Pacht-mann zu/ und würde dennach ein neuer Pfarr-herr von ihm billig veciret. V. R. W.

Thef. XXX.

Fisci juribus adhæret etiam Census emigrationis sive Jus Detractionis, juri civili quidem incognitum, & sola confuetudine, (quæ vim legis obtinet) innixum, quo juxta municipalia jura uniuscujusque loci, certa bonorum pars, decima plerumque aut quindena, à Domino territorii deducitur illius patrimonio, qui domicilium seu hæreditatem aliò (extra scil. territorium) transfert; quod si signatur quis aliò migrans hunc censum debitum non praestet, quamvis juribus civitatis non amplius fruatur, tamen onera sustinere tenetur, quia illegitimo discessu ab obligatione, quâ obstrictus civitati, se non liberavit, praestitis verò consuetis, etiam invito domino & superiore discedere licet, Strav. Exercit. 50. tb. 54. & 55. Solutio autem hujus Gabellæ fieri debet statim, antequam hæreditas legata vel alia bona exportentur, & donec hoc fiat, bona detineri & arestari possunt, vid. Rec. Imper. de Anno 1594. §. und so viel die ungleiche/in quo aresta, queis hæreditates vel res à Magistratu loci ob recusatum emigrationis detractionisve debitum retinentur, pro justis liciisque expressè declarantur,

quan-

quantumvis ejusmodi arresta species sint executionis, à qua inchoari non debet, *Gail. de arrest. cap. 1. n. 10. Petr. Danais in jure Cameral. tit. 184. §. 5. & 6.* Competit hoc ius Principi in bonis, territorio ejus subjectis non autem in iis, quæ extra territorium defunctus possedit, *vid. Rauchbar. lib. 1. quest. 17.* Immunes tamen secundum communem Doctorum sententiam ab hoc defalcationis jure sunt Professores, ac reliqua membra Academiarum, nec non viduæ ac liberi eorum, item Doctores legitimè promoti, aliique Graduati, licet in Academiis non habitent, *vid. Ernest. Cobmann. Respons. Academ. 15. & 27. Berlicius part. 3. conclus. 52. num. 31.* Huic juri detractionis vicinum est jus Albinagii in Gallia receptum. Inter alia non minus hunc referri meretur Jus foresti & Banni ferini, ad illud pertinet fructus resinæ ex arboribus fluentis, quæ ad ignem decocta pix fit; si itaque fiscus hunc fructum pro quingentis locaverit, redemptor verò tertia parte carius eundem sublocaverit, atque iisdem conditionibus, quibus à fisco suscepit; hic vero ubi in notitiam ejus venit, conductori sub prætextu metuenda sylvarum ruinæ injungit, ut abstrahat hoc fructu, & quingentos locario debito annuatim defalcat, queritur, an redemptor tenetur parere, & jure suo quæsitum cedere? quod negatur, quia jus quæsitum invito auferri nequit, neque à principe, licet quoque lucrum cessans resarciat, grave enim est, promissis contravenire, & si contractus redemptori alias nocivus sit, potest hoc casu urgere, ut aut contractus servetur, relicta sibi potestate sublocandi, aut à contractu discedatur, *Brunnem. in ff. 1.54. n. 6. 7. 8. tit. loc. cond.* nec locus erit prætextui post consumatum contractum,

§ ( 28 ) §  
præsertim quando ex post facto contrarium, quod ipse  
fiscus subconductoribus illis hunc fructum locaverit, ap-  
paruerit.

Thef. XXXI.

Fiscalibus seu Regalium minoribus, quæ nihil aliud  
sunt, quam commoda & emolumenta, quæ ex bonis pu-  
blicis, vel alias ratione imperii aut territorii à principe  
vel summo imperante percipiuntur, *Struv. S. J. F. cap. 6.  
apb. 13. in fin.* annumerantur ulterius Jus Peñarum, Jus  
servitiorum aulicorum, & operarum rusticorum, decimæ  
in fundorum emphyteuticorum & prædiorum feuda-  
lium alienatione, pecunia ex tribubus opificum redactæ,  
reditus pificationum, jus capiendi bona vacantia, Bona  
quæ indignis auferuntur, Bona committentium Crimen  
Majestatis; Et quamvis in cæteris criminibus capitalibus  
confiscatio bonorum hodiè cessen, tamen in non-capita-  
libus, si expressa lege dictata, adhuc locum habet, *vid.  
Strick. in Disput. de Dardan. cap. 6. n. 20. sègg.* Hæc de fisci  
rebus propriis, quarum adhuc magnus restat numerus,  
cum omnes pertractare nostri propositi non sit, plura-  
desiderans audeat *Cappar. Klockium in Tract. de arario;* sed  
possunt etiam aliena quas tantummodò possidet vel de-  
tinet fiscus, ab eo validè conduci, & obligantur contra-  
hentes perindè efficaciter, conductor ad solvendam pen-  
tionem, si scil. res evicta non fuerit, pretium enim, juxta  
illud *Dd. Catholicum*, succedit in locum rei, adeoque is,  
qui causam ab altero habet, exceptionem dominii oppo-  
nere non potest, *I. 25. C. loc. cond. Franzk. b. t. n. 46.* Lo-  
cator ad usum rei concedendum, aut re evictâ interesse  
præstandum, si sciverit rem esse alienam, si ignoraverit,  
libe-

liberatur præstando æquipollens, seu rem non minus idoneam; scienti verò eam qualitatem redemptori hæc actio non datur, sed tantum remissio pensionis pro rata, *Struv.*  
*Exercit.* 24. *tb.* 10. *Brunnem.* in ff. l. 19. n. 6. 7. 8. loc. cond.  
*Frantz.* *ibid.* n. 26, & segg.

## Thef. XXXII.

Addenda sunt finaliter res Divini juris, quæ secundum th. 3. superius, triplices, & prima earum divisio subdistinguitur in sacras immediatè cultui Divino inservientes; & in eas, quæ ad sustentationem faciunt personarum ecclesiasticarum, hæ vocantur ecclesiasticae; & cadunt sub Objectum conductionis materiale inadæquatum, *Frantz.* in tit. contr. empt. vend. n. 134. & non item. Objectum autem hujus contractus adæquatum formale, sunt res fisci locari solitæ, & quarum Fiscus gerit curam. Removentur igitur 1.) Res Sacrae, Religiosæ, Sanctæ, strictè sic dictæ, quæ commercio hominum exemptæ, *Struv.* *Exercit.* 23. *tb.* 27.  
 2.) Res Spirituales, *Brunnem.* in Com. ff. ad l. 44. loc. cond.  
 3.) quarum usus in abusu est, Zæf. tit. loc. cond. num. 12.  
 4.) Res propriæ, author laudatus d. l. n. 11. 5.) quæ non sunt in rerum natura, ut Chimæræ, *Frantz.* tit. de contrab. empt. n. 111. & 112. 6.) Servitutes ratione constitutionis, idem tit. loc. cond. n. 52. *Brunnem.* ff. ad leg. 44.  
 7.) Sacerdotia Magistratus, ut & alia officia publica, *Nov.* 8. cap. 7. quod hodiè tamen in Regno Galliæ usitatissimum, adeò, ut exindè aliquot millions auri in ærarium Regis quotannis veniant, vid. *Frantz.* d. l. n. 139. Sanè dicendum, redemptionem publicæ rei absque collatione jurisdictionis officiæ publici commodè fieri non posse.

Objecto hactenus considerato, quantum ē re eſt, progredimur nunc ad formale hujus contractus, quod composito ex materia & forma dat eſſe ſpecificum, ultimum & compleatum. Hoc autem conſiſtit 1.) in conſenſu, de 2.) publicae rei uſu concedendo, pro 3.) certa mercede, *Strauß. Exerc. 24. tb. 7.* de primo ſubſtantiali & iſpicio qualitate ſuprā th. 16. 17. 18. actum, hoc tantum adſiendum eſt, ad contrahendam conductionem expreſſum requiri conſenſum de uſu rei pro certa mercede, ſi in uno vacillet, conductione imperfecta vel irrita eſt, *l. 9. pr. de contrab. empt.* hoc tamen intererit, ſi (a) erratum in nomine, nihil obſt, nomina enim ſignificandarum rerum cauſa reperta ſunt, qua ſi alio quolibet modo intelligantur, nil refert, *§. si quis in nomine. 29. Inſt. de legat.* (b) aut in qualitate extrinſecā, aut (c) ex parte in materia, hic conductione quidem ſubſiſtit, pretium tamē ad proportionem redigendum, hocque fit actione quanti minoris, *l. 9. & 14. de contrab. empt. l. 21. §. 2. ff. de act. empt.* aliud (d) in qualitate legali, v. g. ſi quis neſciens loca ſacra pro profanis redemerit, ubi nulla conductione, *l. 62. §. 1. de contr. empt.* & agitur ad intereſſe contra locatorem dolo cuncticentem, aliā exceptione justæ ignorantiae ita defenditur, ut faltem pretium reſtituere cogatur, *Frantz. de contr. empt. n. 67. Strauß. b. I. tb. 10.* nec non (e) in errore ſubſtantiz, *Frantz. cit. loc. n. 46.* atque (f) corporis, ut ſi putem, me conducere prädiūm Tusculanum, tu putes te locare Sejanum, & inter omnes conſtat, conductionem nullam eſſe, *Frantz. ibid. n. 42. & 43. Strauß. Exerc. 23. tb. 9. ſeqq.*

Theſ.

Reconductio autem s. potius renovationi hujus contractus sufficit consensus tacitus, tempore enim conductionis finito, si redemptor in prædio conducto maneat, locatorque hoc non ignorans patiatur, tacitè renovata, & quasi ex integro sub eadem mercede, iisdemque pingoribus, (non tamen fidejussoribus) facta censetur, *Sruv. Exercit. 24. tb. 7. Wifemb. tit. loc. cond. n. 11.* ratione tamen temporis quæstio exsurgit, an in re publica redemta reconductio ad annum aut lustrum facta putetur? alias distinguitur inter prædia rustica & urbana, illis annus assignatur, licet ad quinquennium conducta, ex hac ratione, quia fructus singulis annis percipi possunt; in his autem, si certum tempus non præfinitum, sed juxta annum & mensem determinata merces, reconductio facta videtur, prout quisque habitaverit, nisi per consuetudinem conductionibus rerum certum tempus præfixum, tunc enim probabilius est sententia, ad illud quoque tempus extendendam esse tacitam conductionem; vel quando fructus predii in partibus anni non uni-sed difformiter percipiuntur, tali casu reconductio per totum annum facta videtur, *Frantz. alleg. loc. n. 19. Sruv. cit. loc. Similis* obtinet ratio in publicarum rerum redemtione tacita, si verò certum tempus in scriptis, ut inde melius de isto constet, comprehensum, ad idem tempus conductione ex integro cepta videbitur, *Sruv. d. 1. tb. 7.* præsertim ubi insertum, quod resignatio ab alterutram parte semestri spatio ante tempus finitum fieri debeat, qua neglecta, conductio tacitè continuata censetur.

Thes.

Ab hoc non aliena eſt quæſtio, an invitus in con-  
ductione retineri poſſit, negativa habetur in l. 9. §. 1. de  
publ. & veſt. & l. 3. §. 6. de jure fiscis. ubi dicitur: valde  
inhumanus mos eſt iſte, quo retinentur conductores ve-  
ſtigialium publicorum & agrorum, ſi tantidem locari non  
poſſint: nam & facilius invenientur conductores, ſi ſci-  
verint fore, ut ſi peracto luſtro diſcedere voluerint, non  
teneantur; Evidem in generali aſſertione hoc verum  
eſt, cum conſensus liber eſſe debeat, & contractus in in-  
vitum non reddatur, juxta d. l. 9. §. 1. & theſin 18. ſupe-  
rius. attamen caſus singularis continentur in l. 11. §. fin.  
de publ. & veſt. quā illi, qui maximos fructus & redemptio-  
ne veſtigialium conſequuntur, ſi poſteā tanto locari non  
poſſunt, ea prioribus pensionibus fuſcipere compellun-  
tur; Econtra quoque fisco in prædiis locandis publicis  
liberum non eſt, rem ſuam addicere, cui velit, quanquam  
unicuique privato hæc competat facultas, & æquum ac  
juſtum ſit, ſua cuique, tanquam moderatori & arbitro rei  
ſuæ, committere, Carpoz. p. 2. Conſt. 51. def. 9. n. 2. & 3.  
adeò, ut nec ab eo, qui rem priuſ conductam habuit, fi-  
niita conductione impediri poſſit; at in locatione bono-  
rum & prædiorum fiscalium ſive publicorum alia eſt ra-  
tio, ubi primus conductor offerens tantum, quantum no-  
vus, aliis conductoribus præfertur, vid. laudat. Carpoz.  
p. 2. Conſt. 37. def. 8. cum adjuncto hoc egregio præjudi-  
cio, in cauſa der Gemeinde zu Renckersleben:

Iſt bey euch über Menschen gedencken der Korn-  
Zehende / den ein Ehrenwürdig Thom-Capitel der  
Bischoff-

Bischofflichen Kirchen zu Halberstadt allda auffzuheben/ den Einwohnern daselbst um einen leidlichen Zins gelassen worden; So werden sie auch nochmals/ aufin Fall ieho bemeltes Thom-Capitel denselben zu verpachten/ und nicht selbsten zu giesen gemeynet/ sie auch so viel als ein anderer jährlich davon zu geben erbötig/ einem Fremden in solcher Verpachtung billig vorgezogen.

V. R. W.

Thes. XXXVI.

Ex præmissis modus locationis conductionis publicæ quatantenus elucescit, quippe quæ publicè facienda, prius vel edicto publico, vel Praeconis voce denuncianda, l. 3. C. de locat. pred. civil. atque ita per licitationem, ut per contendentes augmenta pretii succrescant, in qua superiori, id est, majorem mercedem offerenti, prædia, vectigalia, aliquæ redditus publici addici solent, quod & moribus ita observatur, Struv. Exerc. 39. tb. 36. Cum itaque res per licitationem expedienda, sciendum primò, quo tempore ritè & cum effectu licitari possit? nempè factâ proclamatione sive publicatione, aliàs non valebit, unde insigniter eos falli, Philippi de subbast. c. 3. comm. 14. n. 15. ait, qui fortè fortuna de proclamatione futurâ scientiam consecuti, ad judicem sive fiscum substationis properant, & licitantur, rati, hâc ratione jus prima licitationis se obtenturos fore, quod breviter in eo consistit, ut primus licitor secundo præferatur, si tantundem offerat, quantum adjecit secundus, nec plus ad hoc jus obtainendum offerre tenetur, Bald. in l. 35. de min. Ludo. Postius de subbast.

E

inß.

*enf. p. 35. n. 272. Carpz. p. 1. c. 32. def. 42.* Sed quid juris, si duo pluresve schedulæ sigillatae, idem pretium offerentes fisco præsententur, nec utra prior præsentata sit, constet? tum tempus aperitionis attendi debere statuit *Pofius d. l. n. 203.* sed in hoc casu non male sors adhibebitur.

## Thes. XXXVII.

Quæritur porro, an primus licitator, si aliis manus pretium obtulerit, ex post autem aufigerit, vel inadoneus extiterit, cogi possit, ut eo pretio, quod primò obtulit, res subhaftatas sibi redemptas habeat? videtur ne-gandum esse, quia primus superatus secundo licitatore, suam licitationem revocasse, atque juri suo renunciassè censemur; *Zes. tit. de publ. & vect. n. 16.* licet dissentiat *Wisenbach. in π. tit. loc. conduct. n. 24.* Superius th. 34. incidenter dictum est de fidejussoribus & pignoribus à redemptore rei publicæ præstandis, hoc adeò necesse est, ut etiam ille, qui licitatione vicerit, repellatur, si fidejussorum idoneum & cautionem præstare non possit, *l. o. pr. de publican. & vect.* Quæritur igitur non absone, an si-  
scus cautionem à redemptore stipulatam, quam verò per anni spatium, quartali prænumeratione contentus, non ursit, adhuc residuo lustri tempore exigere possit? puto quod non; quia prænumeratione est instar cautionis, vel cautio ipsa, cum quā si continuetur singulis anni quadrantibus, locator fiscus conqueri non potest. Circa modum ulterius dispiciendum est, an redemptio rei publicæ per aversionem fieri possit? Et affirmatur, quia conductio atque emtio iisdem ferè regulis constant, ut quod in uno, id quoque in altero procedat, confer. th. 40. & 51, inferiùs.

Veluti

Veluti igitur res fungibles non raro, primò ad corpus & speciem, secundò ad mensuram & quantitatem emuntur, ita & per aversionem conducuntur: Ubi autem in hoc contractu instrumentum taxationis conductitum, (eis Pacht-Anschlag) conficitur, & secundum illud contrahitur, non potest dici, conductionem per aversionem factam esse, in ejusmodi etenim contractu primi generis, mensuræ aut quantitatis mentio fieri non debet, multò minus taxationis, licet demonstrationis causâ mensura subjici possit; si vero redemptio ad mensuram & quantitatem, juxta posterius, fiat, & aliquid deficiat, illud à locatore fisco suppleri, vel de pensione detrahi debet, adeoque etiam hoc casu evictio est praestanda, *Serv.*  
*Exercit. 23. lib. 11. 12.*

## Thes. XXXIX.

Ad modum non minus spectat aestimationis mos, qui hodiè sape talis esse solet: ex rationum libris decem annorum sese subsequentium, & quidem proximorum formatur calculus, qui mediante arithmeticâ divisioni subjicitur, & hoc modo medius terminus elicetur, secundum quem taxatio & aestimatio fit: dehinc duplex oritur questio, nimis an fiscus locans de omnibus, quæ instrumentum locationis aestimatorum complectitur, evictionem praestare, & si dolus in eo commissus, teneatur? quod primum res expedita est, cum in omni contractu, ubi utrinque quid praestandum, si quod unus praestitit, alteri auferatur, locus sit præstationi evictionis, licet nihil sit expressè actum; secundum autem plus difficultatis habet, si quidem instrumentum taxationis conductitum redemptori communicatur, in quo conspicere est, quid & quanti-

quæque res locetur, ut ita aperte agatur pariter ac candide ex parte fisci, imputabit itaque sibi conductor, quod non cautius mercatus sit, & rem redemptam tantidem suscepit; verum in veritate rei dicendum, communicacioni instrumenti taxationis non sufficere, utpote quod ex rationum codicibus conflatum, illosque pro fonte & authenticō agnoscit, idcirco iis remotis fidem non mereatur, præcipue si in uno altero disperget, & pretium in illo majus atque in his contineatur, exinde constat, eo ipso quo rationum tabula retinentur & occultantur, dolum patrari, contractibus enim b. f. præstatio doli ita inest, ut alter alteri singularem fidem promittere videatur, *Struv. Exercit. 46. tb. 79.* multò magis quando decennales reditus non ex proximis annis desumti, qui exiguiores, sed his refecatis, fertiliores ac pinguiores subornati fuerint, ex quo terminus elictus medius, secundum quem æstimatio facienda, non potuit non multūm crescere, inscio quidem redemptore, quem ob parentiam rationum, & ex iis sumendam informationem prorsus latuit, quibus annis reditus creverunt vel decreverunt, quæ rationes tamen ex natura hujus b. f. contractus, & tenore edicti publici, ad inspiciendum & informandum edendæ fuissent, præsertim si redemptor desideraverit; tali igitur casu, quando se læsum videt conductor, datur ipsi actio ex contractu ad damnnum fraude illatum resarcendum, aut si conveniatur, exceptio doli, quæ b. f. judicio inest, *Struv. Exercit. 8. tb. 33. § 34.*

## Thes. XXXIX.

Altera substantia constitutiva pars, est merces, vocatur quoque locarium seu pensio, & pretium conductionis,

§§ (37) §§

ctionis, l. 28. §. 2. ff. loc. cond. in qua requiritur (1) ut sit  
vera, (2.) certa, (3.) justa, Struv. Exercit. 24. tb. 6. De  
prima qualitate loquitur lex 46. h. t. si quis conduxit  
nummo uno, conductio nulla est, quia & hoc donationis  
instar inducit, l. 46. locat. atque in tali contractu pro ve-  
ro pretio non habetur; attamen exceptionem patitur in  
casu, ubi maritus usumfructum fundi dotalem mulieri  
uno nummo locat, hic enim contra subtilitatem juris lo-  
catio ex æquitate valet, per l. 66. ff. de jur. dot. Similiter  
uno nummo conductio nugatoria, & quæ expedienda-  
rum rerum gratiâ sit, æquè subsistit, vid. not. Gotbofr. ad  
l. 46. lit. b. loc. cond. & l. 66. lit. z. de jur. dot. talis quoque  
conductio est simulata & imaginaria, quæ dicis saltem,  
causâ, veritate non interveniente contrahitur, qualis est,  
ubi pretium quidem in speciem determinatur, sed dona-  
tionis causâ non exigitur, proindè pro nulla & non facta  
habetur, nullumque juris vinculum obtinet, Brunnem. ad  
ff. l. 55. de contr. empt. & l. 54. de obl. & aet. Struv. cit. loc.  
add. Exercit. 23. tb. 17.

Thes. XL.

Secundum requisitum est certitudo mercedis, de  
quo th. 6. aliquid prolatum, inferendum adhuc venit, si  
res sit conduci solita certo & determinato pretio, eaque  
jam simpliciter redimatur, nullâ definita mercede, quod  
consueta hactenus merces tacitè repetita, & conductio  
pro illa constituta censeatur, sic quoque certa erit mer-  
ces, si referatur ad quantitatem non expressam quidem  
verbis, sed certo modo designatam, v. c. dabo quantum  
in arcâ habeo, l. 7. § pen. l. 37. ff. de contr. empt. quod si  
autem nihil pretii in arca fuerit, deficiet conductio, de-

siciente eo, quod ad substantiam desideratur; & quandoquidem conductio emtioni similis, & in genere iisdem regulis eum illa consistit, atque merces passim in legibus pretii nomine effertur, l. 28. §. 1. l. 39. §. pen. & fin. l. 51. §. 1. l. 58. loc. cond. consequens est, quod sicut in emptione premium debet consistere in pecunia numerata, ita in redēmptione rei publicæ merces sive pensio in pecunia numerata constitui necessum est, l. 1. §. 9. depos. si enim in specie constitueretur, veluti in vino, frumento, non esset locatio conductio, sed contractus innominatus, do ut des, idèò non actio loc. conducti, sed præscriptis verbis competeteret, vid. Wefenb. ad Pandectas Justinianeos tit. loc. cond. n. 6. & 7. & licet aliqui statuant, sine alteratione contractus, pro pecunia numerata res aut species solvi non posse, cum tamen in propatulo sit, emptionem (ubi pecunia numerata magis requiritur) contrahi, & contratum esse àqualem, si pro merce pecunia & simul alia res detur, Struv. Exercit. 23. tb. 16. Frantz. de contr. empt. n. 213. & seqq. imò pecunia omnimodè retineri, & pro merce alia res vel species dari potest, ut tamen emptio venditio non concidat, nec immutetur, modò premium in pecunia determinetur, nam in solutione benè potest res solvi pro pecunia, volente venditore, non autem eo à invito, vid. Schneidev. ad Inst. §. item premium, num. 1. de empt. vendit. ergò per argumentationem à majori ad minus in locatione conductione hoc multò magis procedit, ita tamen ut pensio in pecunia in principio certa determinetur & constituatur, sed postea aliud pro alio, propter commodiorem solutionis modum, volente locatore, haud dubiè solvi potest, Struv. Exerc. 24. tb. 5.

monstr.  
Theſ.

Tertium mercedis requisitum est, ut sit justa, Justitia illa h̄c nil aliud est, quam legitima proportio inter usum rei & mercedem, quā ille aestimatur; quod tamen civiliter & cum quodam temperamento intelligendum, quoniam rerum certa & constans aestimatio non est, sed subinde diversis temporibus variare solet, ideoque exactissima illa arithmeticæ proportionis symmetria exerceri non potest, quod & inter alia Imperatorem sive legislatorem commovit, hanc rem conscientię contrahentium in l. 22. loc. cond. relinquere, ubi dicitur: quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, & ita se invicem circumscribere: ita in locationibus quoque & conductionibus juris est; quin imò h̄c circumventio etiam jure Canonico obtinet, cap. pen. de empt. & est duplex, alia ex proposito sive animo doloso profiscitur, quæ à Baldō in l. 2. C. de resind. vend. n. 2. industria deceptiva; alia sine proposito fallendi ex re ipsa & natura negotii provenit, & ab eodem industria negotiativa vocatur: priori casu, sive læsio sit infra sive ultra dimidiam, locatio conductio non procedit, v. g. si præmium publicum pro undecim millibus aestimetur atque locetur, quod tamen testantibus rationum libris, in statu administrationis, nunquam octo millia implevit; aut pro novem, quod quinque millia non attigit, hoc enim citra personalem deceptionem haud fieri potest: nisi id, in quo læsio facta, resarcitur, Covarruv. lib. 2. variar. resolut. 2. num. 1. l. 13. §. 4. & 5. l. 25. §. fin. l. 43. pr. de contr. empt. Fraantz. de contr. empt. vend. n. 228. & segg. posteriori casu

casu circumventio adusque alterum tantum, jure gentium, h. e. secundum naturam commerciorum, εμποριονός, Lauterb. pag. 492. & seq. permissa & licita est, quia sublata spe quæstus languet mercatus; non autem jure naturæ & Divino, juxta illud Paulinum: ne quis supergredietur, neque circumveniat in negotio, fratrem suum; quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut & prædictus vobis, & testificati sumus. 2. ad Thessal. 4.

Thes. XLII.

Ultimum formæ substantiale est usus rei, quod cum causa finali hujus contractus coincidit, & describitur à Wessenbecio: quod sit usus rerum sine alterius partis incommodo inter homines communicandarum, confer th. 6. Quæritur hac occasione, an fisco commodo sit seu expedit, prædia publica, & reditus fiscales elocare? videtur negandum, quoniam legibus notum est, quondam redemptionibus publicanorum multum pernicie publico allatum fuisse, eosque vestigalis nomine plus ut plurimum exegisse, atque par erat, unde Baptista Johannes noviter baptizatis non solum præcepit, ne ultra sortem constitutam quicquam acciperent, Luc. 3. v. 12. & 13. verum & Imperator Justinianus ad refrænandam publicanorum audaciam pariter ac fraudem, speciale Edictum Libris Digestorum indidit, tit. de publ. & vestig. conductor enim non fisci sive locatoris, sed proprium commodum primariò promovere studet; sed fatendum est, ejusmodi redemtiones publicas fisco quam maximè proficias ac conducibiles esse, siquidem per illas non modò salario ministrorum & sportulæ expensæque in collectione publicorum redditum faciendæ servantur, sed etiam fiscus scrupulo-

pulosarum vafrarumve rationum difficultatibus, impendiis atque periculis infidelium administratorum prorsus liberatur, & certa pecunia summa fatus regulare & conservare statum familie potest, quae alias iis administratis semper incerta, donec rationes redditae & justificatae fuerint; non tangam emolumentum & compendium ex hujusmodi locatione proveniens, cum usquequaque redditus paulo carius locentur, quod & causa fuit, hunc contractum in plurimis Regnis atque provinciis hactenus re-floruisse; quidam scriptor Gallicus notat, Regem Galliae per hunc contractum a tempore introductionis jamjam aliquot tonnas auri lucratum esse; Notanter dicitur in adducta descriptione verbis in calce adjectis: sine alterius partis incommodo, hoc sibi vult, omnem dolosam machinationem atque lassionem abesse debere,

*add. lib. 41. No sisbi cui est invenimus voluntate*

## Thes. XLIII.

Tametsi conductio ratione rerum communicandarum cum ceteris contractibus sine communem habeat, attamen in eo ab emptione, cum qua in multis convenire dicitur, maximè dignoscitur, quod a) in hac ante traditionem periculum rei spectet ad emptorem, aliter in illa, b. g. §. 3. loc. cond. b) venditor contracta emptione venditione ad rem tradendam præcisè tenetur, si facultatem ejus tradenda habeat, nec liberatur præstanto interesse, t. i. ff. de o. loc. empt. sed locator aliquando excusatur, propter supervenientem indigentiam, quod tamen solummodo in prædiis urbanis locum habet; vel si conductor re male utatur, aut solvendo non sit, t. 3. c. loc. cond. t. 4. C. de v. et f. g. nov. inf. c) milites contractum emptionis

F

cele-

celebrare possunt, non autem prædia conducere, vid. th. 14. retrò. *a)* quædam emi possunt, non conduci, ut servitus ratione primævæ constitutionis; quædam conduci, non emi, ut res alienari prohibitæ, vid. th. 32. quoad servitutem, illa ab initio per emtionem venditionem quidem constitui potest, v. g. vendo tibi jus eundi per meum prædium; sed ab initio locari-conduci non potest, v. c. quotannis tibi dabo decem thaleros, si patiaris me ire per tuum prædium: hoc enim tantum factum personale est, servitus autem debet esse perpetua. *e)* per emtionem consequimur dominium rei, per conductionem tantummodo usum, cum hic titulus ad translationem dominii habilis non sit; aliud tamen in Practica de conductione perpetua dicendum; item de rei publicæ redemptione, licet ad modicum tempus tantum facta, hic etenim jus in re conductor consequitur, de quo videre est suprà th. 7. 21. & 23.

## Thes. XLIV.

Tantum de substantialibus hujus contractus, paucis adhuc de ipsius accidentalibus videamus & naturalibus; naturalia dicuntur affectiones propriæ sive proprietates accidentales, quæ contractui essentialiter perfecto, etsi non exprimantur, secundum ipsam legis dispositionem, insunt, sic v. g. locationi-conductioni naturale est, præstatio evictio, vid. th. 38. item reciproca dolii & culpæ præstatio, *Serv. Exercit. 24.* th. 10. 14. & superiùs: secundum naturam locationis conductionis quoque est, quod locator possit conductorem in re redemptâ male versantem, aut pensionem non solventem expellere; differtque natura à substanciali, quod conceptus substanciali

tiæ repræsentet rei habitudinem, ut in se est; natura vero declarat eam, quatenus certa aptitudine ad aliquid præpendet: accidentia sunt, quæ præter substantialia & naturalia libera agentium voluntate negotiis accedunt, quibus illorum natura vel augetur vel minuitur, breviter: quæ ad- & abesse possunt, sine substantiali transmutatione & absunt, nisi aliud fuerit conventum; suntque ea, quæ conficiunt formam accidentalem, quo referes pactum adjectum, quod redemptori publico functio sua tempore contractus obita, non obstante redemptione, una cum prædicato aliisque privilegiis salva manere debeat, conventionibus enim bene effici potest, ut contractus non alter sit perfectus vel adimpletus, quam si hoc vel illud ex beneplacito partium acceperit, pacta enim dant legem contractui, *l. 17. C. de fid. instrum.* adeoque si ejusmodi pacta in continent adjecta non serventur, actio inde ex ipso contractu, perinde ac regulari natura contractus, & exceptio datur, *Struv. Exercit. 6. tb. 27.*

## Thes. XLV.

Hactenus de contrahenda conductione publicâ, sequitur de contractâ, sive ipsius effectu, cuius consideratio respicit mutuam locatoris & conductoris obligacionem, hujusque actionem; Quoniam igitur *juxta th. 42.* finis conductionis est usus rei, & merces pro eo solvitur, consequens est locatorum præcisè obligari ad usum redemptori concedendum, usque ad tempus determinatum, atque præstandum ea, sine quibus uti non licet, *Struv. Exerc. 24. tb. 5. & 10.* Quid si autem post contractum consumatum, locator poenitentiâ ductus, rem redemptam

retineat, & ipsius possessionem non tradat, an praestando interesse liberatur? pro affirmativa facere videtur *l. 1. de act. empt.* ubi dicitur: si res vendita (locata) non tradatur, in id quod interest agitur, hoc est, quod rem habere interest emptoris sive conductoris, adde quod *th. 43. sub lit. b. adductum*; accedit, quod traditio facti esse tradatur, *vid. Gotbofr. in not. in d. l. i. lit. D.* ad factum vero nemo compelli potest; ergo conductor accipiendo id quod interest, contentus esse & cedere debet; affirmativa tamen verior est, nam in principio legis cit. i. agitur de eo casu, quando vendor non vult tradere rem, vel emtori post tempus conventum non integrum est, rem accipere, tunc poterit agere actione empti utiliter ad id, quod interest, *Mav. p. 5. decif. 279. Mysf. cent. 1. obs. 53. Lauzerb. de act. empt. §. 1. tb. 6.* Et sicut in eo similis hic contractus emptioni, quod ut ista non admittit emtori invito obtrudi estimationem vel interesse, ita nec in hac contingat liberatio locatoris ab usu praestando oblatione estimationis, ex eadem ratione, ne aliud pro alio solvatur invito, eatenus tamen si locator facultatem tradendi habeat, *Brunnem. ad l. 15. n. 3. ff. de loc. cond.* Nec obstat quod supra de superveniente necessitate dictum, exceptio enim regulam in casibus exceptis non infirmat sed firmat: ad tertiam dubitationem traditionis scil. respondetur, traditionem hic non esse objectum contractus, sed consequens, nam pro usu rei mercedem promitto, qui est finis redemptionis, ut vero finem seu usum consequar, traditio possessionis, quam ille includit, sequi debet, ad illud tantum factum, quod pro objecto rem nondum existentem haber, nemo compelli potest, sed praestando interesse liberatur.

Thes.

Non solum autem ad præstationem usus ac posses-  
nis ad tempus determinatum usque, sed præterea omnium,  
quæ ad usum plenariè consequendum pertinent, obstrui-  
tus est locator, vigore præmissorum; si itaque prædium  
locet, præstabit conductori trapetum, quod si regulis olea  
prematur, & prælum, & sicutam, & regulas, & tympanum,  
& trocleas, quibus relevatur prælum, item ahe-  
num, in quo olea calida aqua lavatur, ut & cætera vasæ  
olearia; fiscos autem, quibus ad premendam oleam  
utimur, conductor sibi ipsi parabit; similiter locator præ-  
dii urbani ædes, conclavia, fenestras & fornaces reficeré  
tenetur, verba sunt legis, l. 19. §. 2. ff. loc. cond. Brunnem. ad  
ff. l. 15. n. 3. b. t. Conductorem etiam sine justa causa ante  
tempus conductionis finitum expellere nequaquam li-  
cet, sed si justam causam locator habet, & culpa redempto-  
ris non intervenit, merces tantum pro rata temporis de-  
betur, id autem quod suā interest, ejectum non luisse,  
non consequitur; si injuste expellatur, v. c. vi coactus  
aut metu, de quo suprà th. 18. & infrà th. 13. aliquæ præ-  
dium publicum administrandum detur, obligatur fiscus  
ad restitutionem, vel, si malit redemptor, ad interesse tota-  
le, ut & damni pariter ac lucri cessantis ratio habeatur,  
l. 15. §. 7. l. 33. l. 9. §. 1. l. 19. §. 1. l. 7. 8. l. 30. pr. l. 24. §. 4. loc.  
cond. Bacbor. ad Treutl. disp. 29. th. 7. lit. c. Donell. lib. 13.  
c. 7. Frantz. de loc. cond. n. 146. 154. interest tamen an  
ejectio ab ipso locator, vel alio facta, quam impedire po-  
tuit, hoc casu tenetur conductori ad id quod interest,  
quod si autem non potuerit impedire factum tertii, tan-  
tum ad remissionem mercedis, pro rata temporis uti frui-

impediti, l. 13. §. 7. l. 25. §. 1. in fin. l. 9. §. 2. loc. cond. Zæf de loc. cond. n. 32. Frantz. d. l. n. 136. & 137. par ratio obtinet & tunc, quando redemtori impedimentum saltem in uno vel altero appertinente, contingit, quod locator impedi- re potuit, v. g. si officiales prædii redempti tempore contractus in odium redemtoris, ipso nec dum introducto, vetuerint, ne cives tot tantaque cervisia coquant, ut alias consueverant; item si accessorii delatores subditos cor- rumpant, ut vectigalia consueta, decimas agnellorum &c. præstare desinant, hic redemtor damnum emergens & lucrum cessans æquè prætendere, ac jure persequi potest. Quid verò juris in subconductoribus, si uti frui impedian- tur à domino superveniente, habentne regreßum contra primum-locatorem aut-conductorem? videtur illum ex suo facto subconductoribus teneri, sed in veritate rei dicendum est, sublocatorem subconductorri propter evincentem dominum devinctum esse, minimè autem primum locatorem subconductorri, cui cum subconduc- mente nullus intercessit contractus, sed locator primus, conductori primo non tantum tenetur ad pensionis re- missionem, sed ad omne interesse, in quantum primus conductor secundo fuit condemnatus vid. Brunnem, in ff. l. 7. de loc. cond.

## Thes. XLVII.

Impeditur quoque usus rei publicæ redemptæ casibus fortuitis, qui sunt inopinati rerum eventus, quos nulla hominum diligentia, cura & consilium præcavere aut providere potest, Gail. lib. 2. obs. 21. n. 2. utpote incen- dium, chasma, bellum, occupatio hostilis, sterilitas, pe- stis & simil. hos casus locator fiscus ferre debet; quidam distin-

distingunt inter casus fortuitos solitos & insolitos, rati,  
 illos quidem, non autem hos ad locatorem spectare, vid.  
*Zœf. de loc. cond. n. 31. Lauterbach. ibid.* quoad incendium  
 in ædibus conductis ortum notandum est, hoc non semper  
 exonerationem mercedis mereri, quando seil. levi con-  
 ductoris culpa causatum; atque regulariter incendium  
 non præsumitur sine culpâ, *i. pen. §. 1. ff. de offic. pref. vigil.*  
 & est præsumtio juris, culpâ inhabitantium incendium  
 ortum esse, *Gail. loc. cit. n. 5.* ita ut locator intentionem  
 suam præsumtivè probatam habeat, nisi ipse conductor  
 culpam abesse probet, quod si non possit, ille à remissio-  
 ne mercedis liberatus, hunc de damno per incendium  
 dato convenire posse videtur; hoc tamen cum mode-  
 ramine accipiendum, nam culpa, ex qua præsumtio re-  
 sultat contra habitantes, intelligitur de levissima, quam  
 conductor præstare non tenetur, idedque locatori pro-  
 bandum incumbit, incendium conductoris culpâ lata vel  
 levi contigisse, vid. post *Gail. Rauchbar. part. 2. quæst. 10.*  
*Menoch. Jud. quest. cas. 390. n. 10.* alioquin ad damni emen-  
 dationem conductor minimè gentium, benè autem loca-  
 tor ad mercedis remissionem tenetur, vid. pluribus laudat.  
*Gail. alleg. loc. n. 4. 5. junct. obs. 23. n. 4. Zœf. de loc. cond.*  
*n. 17. 25.* licet *Struv. Exerc. 24. tb. 14.* contrarium contra  
 communem Dd. sententiam statuat, & conductorem ad  
 levissimam culpam adstringat, se fundans in §. ult. *Inst.*  
*loc. cond.* ubi custodia rerum conductarum, nominete-  
 nus vestimentorum, argenti & jumenti, talis desideratur,  
 qualem diligentissimus paterfam. suis rebus adhibet, ve-  
 rum cum Zœsio dicendum est, verba, sive in positivo, sive  
 in comparativo, sive in superlativo efferantur, semper esse  
 capien-

capienda juxta materiam substratam, add. Frantz. n. 119.  
 202. & seqq. de loc. cond. & pro cuiusque contractus natu-  
 rā, quæ in hoc cum latæ levisve culpæ præstatione con-  
 tenta, quia hic contractus utriusque gratiâ celebratur, hinc  
 exactissima diligentia non præstatur, l.s. §. 2. ff. commod.  
 Bart. ibid. insuper in rebus dict. §. enumeratis secundum  
 Gloss. hoc speciale est, propter eaurum fragilitatem, ma-  
 jor itaque diligentia & cura adhibenda, nam ubi majus  
 periculum, ibi cautius agendum est, vulga. c. ubi pericu-  
 lum. 3. de elect. in 6.

Inter casus fortuitos connumeratur magna sterilitas,  
 tam naturalis quam civilis, divinitus aut humanitus in-  
 cidens, quæ non minùs remissione mercedis gaudet, quia  
 locatio in effectu quasi venditio fructuum est, condi-  
 nem, si nascantur, involvens, deficiente igitur hac condi-  
 tione, aut forinsecus incidente corruptione fructibus,  
 pretium non debetur ; quæ autem magna sterilitas, &  
 quomodo æstimetur, Dd. dissident, quidam opinantur, si  
 conductor non recuperaverit semen, alii si ultrà dimi-  
 dium justi pretii lassus fuerit, Glossa in l. 15. ff. b.t. §. 7. re-  
 quirit, ut supra quantitatem seminis nulli percepti sint  
 fructus ; verum Gaius, Frantz. Struvius & cum illis ac-  
 curatores JCt dicunt, hoc totum judicis arbitrio com-  
 mittendum esse, qui ex æquo & bono, secundum circum-  
 stantias loci, temporis atque circumcoalentium opinio-  
 nem lassionem æstimabit, an sit intolerabilis, qualis reputa-  
 tur, si pensio 100. aureorum, & fructus percepti adeo  
 sint pauci, ut semine & expensis detractis maneat tantum,  
 ut quadraginta solvi possit, sexaginta remittenda sint, Bar-  
 tol.

tol. in l. fin. C. b. t. Franizk. n. 103. de loc. cond. plerumque  
 tamen instrumento conductio inseritur, quod cognitio  
 sterilitatis ad quorundam virorum, talium rerum notitiam  
 habentium, atque hinc inde electorum, arbitramentum  
 remittatur. Sterilitas civilis varie contingit, modò per bel-  
 lum, modò per pestem, annonā, nec non adjacentis Regio-  
 nis prohibitionem territorialem; Nonnulli existimant,  
 ingruente bello periculum & damnum esse conductoris,  
 quia locatio juris est quasi cessio, cessionarii autem sem-  
 per est periculum; sed falsò, si enim bellum post redem-  
 tionem superveniat, quo itinera impediunt vestigalia,  
 ut paucula exinde percipientur, remissio mercedis, ob im-  
 pedimentum usus casu eventum, redemptori est facienda,  
 l. 15. §. 4. cum not. Gotbofr. lit. f. loc. cond. Wysenb. ibid. Franc.  
 de Clapper. cauf. 43. Oritur quæstio, num pensio adaugen-  
 da sit propter magnam ubertatem, si sterilitas nulla inter-  
 venevit, & uno anno tanta fuerit cœli benignitas, tanta  
 fortunæ clementia, ut duplo plus fructuum, quam sole-  
 bat, conductor perceperit? quoniam contrariorum ea-  
 dem ratio, Gloss. in §. 3. de Societat. & naturale est, qui  
 commodum & beneficium desiderat, ut etiam incommo-  
 dum atque onus sentiat, l. 7. de peric. & commod. Gomez. 2.  
 var. c. 3. n. 18. sed respondetur hoc legibus non conveni-  
 re, utpote quæ indifferenter loqvuntur, lucrum immodi-  
 cum conductori auferendum non esse, per l. 15. §. vis ma-  
 jor. loc. cond. de pretio autem propter eximiam uberta-  
 tem augendo penitus silent, quia hic locator de lucro ter-  
 rii captando, conductor verò in casu sterilitatis de damno  
 vitando certat, cui leges favorabiliores, facit quoque re-  
 gula, unius inclusionem esse alterius exclusionem, vid. Zæf.  
 de loc. cond.

G

Thes.

Quamvis ex modō dictis constet, exonerationem  
mercedis in casu magnæ sterilitatis & impediti usus sem-  
per invenire locum, datur tamen casus, ubi locator, etiam  
in damno intolerabili ad remissionem non obligatur,  
quando scil. emptor prædium conductit, donec pretium  
solvat; vel dominus rem suam pignori traditam conductio  
fuscipit, vid. Wifenbach. de loc. cond. n. 13. de quo quidem  
dubitari posset, qvum superiū is th. 32. probatum, rem pro-  
priam sub conductionem non cadere, quæ tamen hic vi-  
detur conduci, siquidem statim post emptionem contra-  
etiam dominium rei ad emptorem, unā cum periculo  
transit, non refragante venditoris protestatione desuper  
facta secundum Rodericum in Tract. de annuis censibus. l. 3.  
qu. 9. n. 76. verum licet perfecta emptione venditione  
periculum rei ad emptorem spectet, Mant. l. 5. t. 3. n. 6.  
Bachov. tb. 2. lit. c. & d. attamen dominium ob pretium  
nec dum solutum referuntur, apud venditorem remanet,  
dum solutio plenè facta, licitum enim est, vendere præ-  
dium & tradere hac conditione, ut quamdiu non solva-  
tur pretium, res tantummodò sit locata-conducta pro ra-  
tione temporis, quo utitur, & sic venditor ad exsolutio-  
nem usque dominium retinet, Covarruv. lib. 3. resol. c. 4.  
n. 6. Petr. Barb. ad l. 6. ff. de sol. matr. cum autem peri-  
culum rei vel prædii penes sit emptorem, & oppignoran-  
tem, multò magis & fructuum, inferendo à majori ad mi-  
nus, Bessius in pract. crimin. tit. de remiss. merced. n. 102.  
Frantz. b. t. n. 133. Lauterb. ibid. §. 2. tb. 7.

Thes. L.

Sed ratione usus impediti non modò indemnitas &  
inter-

interesse præstandum, ut ex præfatis patet, verum etiam redemptori permisum est, conductionem pro ratione circumstantiarum relinquere, & propter damnum ex impedito usu proveniens, deductionem ex mercedibus facere, per l. 25. §. 2. t. 27. ff. loc. cond. Struv. Exerc. 24. t. 15. Gail. e. obs. 23. n. 6. 7. & obs. 29. n. 10. Frantz. de loc. cond. n. 213. & seqq. add. ib. 18. suprà. Quæritur hic an hoc redemptor propriâ authoritate facere posse, si nimurum in usurpatione rerum conductarum impediatur, & civibus prohibetur, ne pro libertate pristinâ cervisia coquant, nec subditi vectigalia tempore contractus consueta præstent, aut ea in præjudicium redemptoris contrâ factam asseturationem immutentur, fructus sylvarum sive resinarum subtrahantur, & sub falso prætextu auferantur, pacta contractui conductionis adjecta non serventur, aliaque plura huic contractui b. f. contraria ad- & committantur? Gaius suprà allegato loco obs. 23. n. 6. putat actionem ex conducto instituendam esse, ut conductori, remissâ pensione, migrare licet, quò etiam collimat Schneiderv ad Inst. b. t. n. 9. Sed respondendum, est distinguendo, quoad primum scil. desperationem conductionis, redemptor non opus habet adire judicem, quia l. 25. tit. ipsi facultatem deferendi conductionem sine ulla restrictione concedit, ideoque abque judicis autoritate hoc licet & consultius facere potest; quoad secundum verò judiciali sententiâ opus est, quia in propria causa nemo potest esse judex, & leges à propria sibi dicundi potestate abhorrent, Frantz. n. 182. de loc. cond. ut tamen hoc casu, si conductor propter debitam pensionem conveniatur, remissionis ratio ob impeditem usum habeatur: hincque liquet, illum redemptorem, qui rebus

Sic stantibus conductionem derelinquit , & ad Superiorum judicem competentem recurrit , ut ratione damni exinde accepti pronunciet , nihil aliud facere , quam quod juri & rationi consentaneum est , idcirco pro malitioso fugitivo neutquam reputari potest , ut etiam injuriarum actione ipsi teneatur , eum fugitivum depradicans , qui enim jure suo utitur , nemini facit injuriam , per l. notiss.

## Thes. LI.

Tantum de obligatione locatoris , altera conductoris consistit principaliter in solvendâ mercede , hæc enim finis est locationis , & propter eam , si tempore constituto non dependatur , conductorem potest expellere locator , àquè propria auctoritate , ut ille conductionem propter usum non præstitum relinquere , secundum communem Dd. sententiam apud Frantz. tit. loc. cond. n. 180 . cum limitatione tamen , si non resistat , hoc etenim casu opus est judicio , Strav. b. t. tb. 13 . sed hoc expellendi jus tum demum locum habet , quando locator à sua parte contractum adimplevit , & præstanta præstitit , alias conductor cedere non tenetur , & conventus dol mali atque non-adimpleti contractus exceptione submovebit locatorem , & à judicii limine repellat , quia ipse in causa est , quod minus merces , in recompensationem usus concedendi promissa , solvatur , & ob defectum omnimodæ usurpationis pensionibus tempori pareatur , arg. l. 54 . §. 1 . in fin. b. t. sicut enim emptorem non potest cogere vendor ad solvendum pretium , nisi ex sua parte adimpleverit contractum , ita nec locator exigere mercedem antè plenum usum concessum , frequens enim emti-

emtionis & conductionis inter se collatio est, l. 7. 8. ff. de  
pericul. l. 9. ff. loc. cond. Zæf b. t. n. 38. multò minus con-  
ductorem expellere, quin imò redemtori in prænu-  
merata mercede rem conductam retinere, dum satis-  
fuerit factum, & in debitâ tantum deducere, quantum  
interest, præstationem factam non esse, cœteris paribus  
licebit, l. 5. §. manebit. de impens. in rem dot. fact. l. 14.  
de dol. mal. except. l. 20. §. quod si de A. poss. Coler. 1. de  
proc. execut. c. 1. n. 240. & seqq. Valase. de jure empbyt.  
g. 26. n. 7. Struv. Exercit. 24. tb. ii. si vero certum tem-  
pus solutioni præfinatum non sit, illa in conductione plu-  
rium annorum quam tardissimè biennio facienda est, nisi  
mos regionis aliud postuleat, Struv. d. 1. tb. 13. apud Ro-  
manos pensiones inferri solebant Kalendis Julii & Mar-  
tiis, per l. 41. de contrab. empe. l. 9. pr. qui potior. in-  
pign. l. 58. pr. de usufr. cum utrobique Gotbofr. notatis.

Thes. LII.

Præterea redemtori incumbit re conductâ recte uti,  
è lege videlicet conductionis atque observantiae, quâ non  
servata non est, quod queratur se expelli, l. 54. l. 25. §. 3.  
ff. loc. cond. add. r. 23. supr. eamque finita conductione  
cum omnibus accessionibus restituat, Struv. b. 1. tb. 14.  
quando igitur culpam s. committendo s. omittendo ad-  
miserit, quo minus restitutio fiat, tenetur quanti res  
est, author. ejt. ibid. locator autem dolum & culpam pro-  
bare debet, ut super th. 47. excepto illo casu, qui repe-  
ritur in l. 9. §. 4. loc. cond. cum grex esset abactus quem  
quis conduxerat, Imperator Antoninus ita rescripsit: si  
capras latrones citra tuam fraudem abegisse, probari  
potest, judicio locati casum præstare non cogeris: atque

G 3

tempo-

temporis, quod infecatum est, mercedes, ut indebitas, recuperabis, add. not. Gotboſt. quod singulare est, quoniam in aliis periculis & casibus fortuitis sufficit, quod solus casus proberet, & probatio doli vel culpæ domino incumbit, ratio autem hac est, quod ejusmodi furtum non facile sine culpa contingat, & in iumentis s. gregibus ovium caprarumve exactissima diligentia praestanda sit, juxta tb. 47. superius, hinc conductor non excusat, licet mortem proberet, & pelles adducat, nisi & probet, oves atque capras absque sua culpâ mortuas esse, Frantz. de loc. cond. n. 206. Ceterum conductori sine justa timoris causa emigrare non licet, justa vero dicitur causa, metus carceris, Seruv. Exercit. 8. tb. 12. 13. Frantz. cit. quod metus causa n. 13. Exercitus l. 13. §. 7. ff. loc. cond. Ignis, l. 49. ad leg. Aquil. Pestis, l. 8. C. loc. cond. conf. tb. 18. sup. Quod etiam Dd. referunt metum spectrorum s. malignorum spiritum, quibus prædiūm infestatur, quanquam hic metus à quibusdam pro vano, cuius justa excusatio non est, habeatur, secundum illud Horatii:

*Nocturnos lemures portentaque Thessala rident.*

Quod etiam exemplum Philosophi Athenodori apud Pliniū Epist. 7. cap. 27. adstruere videtur, qui ejusmodi idola s. phantasmata minimè expayebat, metus autem iustus ille solūm est, qui cadit in constantem virum, alioquin non considerandus, l. 3. §. 8. ff. de acq. poss. l. 184. de reg. jur. l. 13. de re jud. sed licet plurimi, præprimis inter Reformatos spectra penitus negent, & illorum timorem pro sponte accersito perhibeant, attamen Sacra literæ passim testantur, quod hujusmodi spectris non modò domus,

mus, sed & Regiones desertaæ fuerint redditæ, *Mattb. 8.*  
*Marc. 5. Luc. 8.* Ita occulto Dei judicio dæmonib[us] et  
 iam totæ provinciaæ infestantur, *vid. Angustin. de civit. 18.*  
*Gregor. 3. Thom. 1. part. qu. 14. art. 1. 4. Epist. ad Ephes.*  
*c. 6. C. episcopi. 26. qu. 5.* Item de spiritibus malignis  
 atque vertiginis legere est prioris Regum caput ultimum,  
 historia umbræ Samuelis, jussu Sauli evocatae, & Augu-  
 stini locus insignis, ex libris de cura pro mortuis agen-  
 da. Quibus ita suppositis in prono & aperto est, hunc  
 metum in jure excusationem, insimulque mercedis re-  
 missionem mereri, quod & *Covarruv. lib. 4. variar. c. 6.*  
 statuit.

## Thes. LIII.

Postquam hucusque consideravimus personas, qui-  
 bus jus conductionis redditur, nec non res super quibus,  
 nunc etiam actionem per quam redditur, dispiciemus,  
 actio enim est executio iustitiae, seu remedium à jure con-  
 cessum, persequendi in judicio, quod sibi debetur, *l. 55 ff. &*  
*pr. Inst. de action.* datur itaque actio ex conducto redem-  
 tori & heredibus ipsius, contra locatorem ejusque suc-  
 cessorem universalem, & quidem (*1.*) ad usum rei con-  
 ductæ publicæ concedendum, aut interesse totale præ-  
 standum, *vid. tb. 17. 30. & 46 supr. & l. 24. §. 4. loc. cond.*  
 ubi dicitur: colonus, si ei frui non liceat, totius quinquer-  
 uii nomine statim rectè ager, neque ipse pensionum no-  
 mine obligatus erit, & quantum per singulos annos com-  
 pendii facturus erat, consequetur; item utiliter ex con-  
 ducto agit is, cui secundum conventionem non præsta-  
 tur, quæ convenerant: sive prohibeatur frui à Domino,  
 vel ab extraneo, quem Dominus prohibere potest, *juxta*

*alleg.*

§§ (56) §

alleg. tb. 46. (2.) ad præstandam evictiōnem, & quidem ratione redditum fixorum, juxta instrumentum ad ærationis sive taxationis; ratione variantium autem in substantia, conf. th. 37. & 38. (3.) ad reficiendum & parandum omnia, sine quibus prædīo redēmto frui non licet, per l. 15 ff. loc. cond. add. dict. tb. 46. (4.) ad remittendam mercedem propter damnum immoderatum à sterilitate vel guerrā illatum, ut tamen omnes omnium annorum fructus computentur, per l. 15. §. 2. & 4. l. 25. §. 6. l. 55. loc. cond. Struv. b. l. tb. 17. Frantz. n. 107. conf. tb. 48. suprā. (5.) propter impedimentum casu contingens, aut facto hominis ad indemnitatem præstandam, secundum num. i. & th. 47. (6.) ad refundendas expensas in rem redētam necessariō & utiliter factas, licet de repetitione illarum, nihil conventum, l. 55. §. 11. b. t. non tamen ad expensarum usuras, quia expensæ ante liquidationem adhuc sunt incertæ, in illiquidis verò non committitur mora, nisi factâ liquidatione; (7.) ad præstandum id quod lege conductionis conventum est, juxta l. 16. C. loc. cond. & tb. 44. add. 50. (8.) ad damnum fraude illatum resarcendum, per l. 2. C. de act. empti. l. 7. §. 3. ff. de dol. mal. conf. tb. 38. & 41. superius. (9.) ad restituendam possessionem vigore juris realis redēmtoi publico competentem, si scil. vi ac metu migrare coactus fuerit, secundum tb. 18. & 52.

Thes. LIV.

Coronidis vice appendamus quandam libelli formulam, licet variis modis pro diversitate casuum ille concipiendus veniat; Præmissis præmittendis: Coram vobis Domino judice & cæteris assessoribus comparet  
Actor

Actor N. breviter exponens, quod Anno 1708. quan-  
 dam Dioecesis Principatus N. cum omnibus fisci juribus  
 atque bonis dominalibus, paucis reservatis, ab ejusdem  
 fisco, pro undecim millibus annuae pensionis, ad quadri-  
 ennium redemerit, ut ex adjuncto conductionis & ad-  
 rationis instrumento desuper confecto sub lit. A. pluribus  
 videre est. Tametsi Actor indubitate reputaverit, fiscaum  
 praedictum hunc loc. conductionis contractum publicum,  
 nec dum bonâ fide & absque ullo machinamento cele-  
 braturum, verum & datam fidem, insertamque instru-  
 mento locationis promissionem evictionis &c. sanctissi-  
 mè servaturum præstaturumve fore, spe cuius etiam iste  
 simul ac anticipatò quartam locarii partem peperit, &  
 hac quartali prænumeratione fideliter continuavit, do-  
 nec licentia fruendi nulla fuerit posita obex; attamen  
 semestri spatio vix effluxo actor expertus est magna cum  
 admiratione, quod non solum in vestigalibus, decimis,  
 aliisque reditibus multæ quam maximè præjudiciale  
 mutationes contra claram contractus literam fuerint fa-  
 ctae, atque illi proventus, quibus lucrum quoddam ca-  
 ptare manifestò potuisset, ei de facto ablati, sed etiam  
 in ipso contractu, præsertim instrumento a summationis,  
 propter occultatas & retentas rationes, quæ secundum  
 Edicti publici tenorem, ad informationem atque certio-  
 rationem redemptoris exhiberi debuissent, Commissario-  
 rum falsis persuasionibus ac contestationibus, ratione  
 sportularum aliorumve, adeò circumscriptus, ut annua-  
 tim aliquot millia inevitabiliter perdidisset, siquidem &  
 in vestigalibus reliquisque conductioni annexis debita  
 & sanctè promissa evictio confessatò præstari non potuit,

H

testan-

testantibus fisci Exceptionibus, ad actoris gravamina redditæ sub lit. B. Quamvis itaque fiscus obligatus fuisset, ob impeditum usum rei & defectum evictionis ad instantiam redemptoris ex æquo & bono remissionem pensionis concedere, aut damno exinde accepto, clarisque documentis probato, reputatione mercedis satisfacere; verum enim verò loco remissionis debitæ fiscus duris arrestis, executionibus & incarcerationibus comminatus, locarii conventi exsolutionem perinde desideravit, ac si pro sua parte omnia præstiterit, nullumque usus impedimentum contigerit, ut ita actor se coactum viderit, conductionem penitus deserere, & ad obtinendam satisfactionem damni emergentis & lucri cessantis officium judicis implorare competentis. Quare à fisco supradicto exigit claram ac solidam responsonem, eaque facta petit pronunciari, ac vestrà judiciali sententia declarari, actorem justè & licite conductionem reliquisse, atque fiscum ob præstanta non præstata ipsi non modò ad remissionem mercedis, sed & interesse lucri cessantis sperati, cum refusione expensarum, juxta liquidationem sub lit. C. quæ moderationi judiciali subjicitur, teneri & obligatum esse. Desuper Nobilissimum judicis officium pro juris & justitiæ administratione largissimâ humillime implorando.

## Thef. LV.

Ultimum est de pugnantibus & affinibus, illa jam superius th. 16. 17. 18. acta sunt; Inter hæc verò refertur emptio, antichresis, pignoris obligatio, siquidem fructus pariter ac inventa pro mercede tacitè oppignorantur, l. 27. §. fin. loc. cond. vid. supr. tb. 43. fatemur, hanc

59

hanc materiam fugitivo calamo h̄ic actam, uti pulcernia,  
ita & his temporibus florentissima, prolixiorē meri  
derivationem, quum autem animus, non Tractatum,  
sed dissertationem h̄ac vice conscribere, filum abrum-  
pendum est, reservamus tamen Notulas pro causæ ac  
temporis occasione adjiciendas. Interim Deo Ter Opt.  
Max. gratias immortales persolvo, pro Divinâ concessa  
Clementia, quod conamina mea difficillima, quæ nemo  
alius aggredi ausus est, ex alto secundare, & omnia ad  
bonum finem perducere voluerit, Divinam Bonitatem  
suam humillimè precans, ut & ausib⁹ futuris stellam  
fortunæ ac Benignitatis suæ affulgere faxit, desuper e-  
rectis ad Cœlum manibus æternum auxilium iterum ite-  
rumque invocando, atque exemplo Imperatoris l. 1. §. 2.  
*C. de ret. jur. enunc.* & monito *Glossæ in verba Rubr.*  
*ad librum Insti.* indubitat̄ credendo, quod ex invoca-  
tione Nominis Divini semper sequatur bonūm  
initium, melius medium, & optimus

F I N I S.

---

COROLLARIA.

I.

*Pars pensionis locatori primo soluta locum fa-*  
*cit pignoratitiae actioni, l. II. §. 5. ff. de pign.*  
*act.*

II. Pars

30 (50) 50

II.

Pars aut fortares, si vincatur, habet regressum  
emotor ad venditorem. l. i. pr. ff. de evict.

III.

Pars ejus pactioe immutari potest, ubi in to-  
tum à contractu abiri potest, l. 7. s. 6. ff. de  
pact.

IV.

Pars stipulationis dupliciter accepto fieri pot-  
est, l. 9. ff. de acceptilat.

V.


Pars qualibet censetur legata, si totus fundus  
instructus legatus sit, arg. l. 28. ff. de instr.  
& instrum. leg.

VI.

Pars & fundamentum processus est citatio,  
c. past. §. 1. de off. deleg.

VII.

Pars in toto continetur, l. 113. de Reg jur.



**ULB Halle**  
006 366 333

3



vol 18



	inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	Centimetres
		1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	
Blue																						
Cyan																						
Green																						
Yellow																						
Red																						
Magenta																						
White																						
3/Color																						
Black																						
B.I.G.																						

# Farbkarte #13

120

I. N. D. N. F. C.  
DISPUTATIONEM INAUGURALEM  
*De*

# REI PUBL REDEMTIO

RECTORE ACADEMIÆ MAGNIF  
SERENISSIMO JUVENTUTIS PRINCIPE  
ISENACENSIS HEREDE  
DOMINO

# GUILIELMO HE

DUCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONT  
GUESTPHALIÆQUE &c. &c.

*Authoritate Magnifici JCtorum*

PRÆSIDE

D. VVILH. HIER  
BRUCNER

Pandect. Prof. Curia Provinc. Scabinatus &  
Assessore : h. t. Academæ Pro Re  
in Themisterio consueto

D. 1. August. MDCCIII.  
solenni doctorum disquisitioni propo

# SAMUEL JOHANNES

Consiliarius Consistorialis & Diœcetes Br

---

*J E N Æ,*  
Literis WERTHERIANI